

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

Gal. I. 6

FLAVII IOSEPHI HEBRAEI
OPERA OMNIA
GRAECE ET LATINE

EXCVSA AD
EDITIONEM LVGDVNO-BATAVAM
SIGEBERTI HAVERCAMPII
CVM
OXONIENSI IOANNIS HVDSONII
COLLATAM

CURAVIT
FRANCISCVS OBERTHV̈R

S. S. THEOL. ET V. I. DOCTOR INSIGNIS ECCLESIAE HAVGENSIS
CANONICVS CAPITVLARIS S. S. DOGMATVM IN VNIVERSITATE
WIRCEBVRGENSI PROFESSOR PVBL. ORD.

TOMVS III

LIPSIAE
SVMTV E. B. SCHWICKERTI
MDCCCCLXXXV

15

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ΦΛ. ΙΩΣΗΠΟΥ,

ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ,

ΚΑΤΑ ΑΠΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ Α΄.

ΙΚΑΝΩΣ μὲν ὑπολαμβάνω, καὶ διὰ τῆς περὶ τὴν ἀρχαιο-
 λογίαν συγγραφῆς, κρεάτισε ἀνδρῶν Επαφροδίτε, τοῖς
 ἐντευξομένοις αὐτῇ πεποιημένα Φανερόν περὶ τῷ γένει ἡμῶν
 τῶν Ἰουδαίων, ὅτι καὶ παλαιότατόν ἐστι καὶ τὴν πρώτην ἐπό-
 ρασιν ἔχει ἰδίαν, καὶ πῶς τὴν χώραν, ἣν νῦν ἔχομεν, κατώ-
 κησεν, ἣν, πεντακιχλίων ἐτῶν ἰσορίαν περιέχουσιν, ἐκ τῶν
 παρ' ἡμῖν ἱερῶν βιβλίων διὰ τῆς Ἑλληνικῆς Φωνῆς συνεγρα-
 ψάμην. ἐπεὶ δὲ συχνὰς ὀρῶ ταῖς ὑπὸ δυσμενείας ὑπό τι-
 νων εἰρημέναις προσέχοντας βλασφημίαις, καὶ τοῖς περὶ τὴν
 ἀρχαιολογίαν ὑπ' ἡμῶν γεγραμμένοις ἀπιστῶντας, τεκμηρίον
 τε ποιούμενος τῷ νεώτερον εἶναι τὸ γένος ἡμῶν, διὰ τὸ μηδε-
 μιᾶς παρὰ τοῖς ἐπιφανέσι τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων
 μνήμης ἡξιώσθαι, περὶ τῶν πάντων ᾧ ἤθην δεῖν γράψαι
 συντόμως, τῶν μὲν λοιδορούντων τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν ἐκβί-
 σιον ἐλέγχει ψευδολογίαν, τῶν δὲ τὴν ἀγνοίαν ἐπανορθώ-
 σαδαι, διδάξει δὲ πάντας, ὅσοι τάληθές εἰδέναι βέλονται,
 περὶ τῆς ἡμετέρας ἀρχαιότητος. χρήσομαι δὲ τῶν μὲν ὑπ'
 ἡμῶν λεγομένων μάρτυσι, τοῖς ἀξιопιστοτάτοις εἶναι περὶ
 πάσης ἀρχαιολογίας ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κεκρυμένοις· τῆς δὲ
 βλασφημίας περὶ ἡμῶν καὶ ψευδῶς γεγραφότας, αὐτὰς δι'
 ἑαυτῶν ἐλεγχόμενος παρέξω. περᾶσομαι δὲ καὶ τὰς αἰ-
 τίας ἀποδῆναι, δι' αἷς ἔ πολλοὶ τῷ ἔθνει ἡμῶν ἐν ταῖς ἰσο-
 ρίαις Ἕλληνες ἐμνημονεύκασιν· ἔτι μὲν τοι καὶ τὰς ἑ παρα-
 λυπόντας τὴν περὶ ἡμῶν ἰσορίαν ποιήσω Φανερὸς τοῖς μὴ
 γνωσκουσιν ἢ προσποιούμενοις ἀγνοεῖν.

β'. Πρῶτον ἔν ἐπέρχεται μοι πᾶν θαυμάζειν τὰς οἰο-
 μένας δεῖν περὶ τῶν παλαιωτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν

FLAVII IOSEPHI,
DE
ANTIQUITATE IUDAEORVM,
CONTRA APIONEM
LIBER I.

SATIS quidem arbitror, me per libros etiam Antiquitatum, virorum praestantissime Epaphrodite, lectoris eos planum fecisse de gente nostra Iudaica, quod et vetustissima sit, et primam originem sibi propriam habuerit, utque regionem, quam nunc tenemus, incoluerit, quos, annorum quinque millium historiam complectentes, ex sacris libris nostris Graeca lingua conscripsi. Quoniam vero multos video, qui maledicis sermonibus, malo animo a quibusdam iactatis, fidem habeant, eaque, quae ego de antiquitate scripsi, non credant, et recentiorum esse gentem nostram colligant ex eo, quod nulla eiusdem mentio facta fuerit apud celebres Graecorum historicos; de hisce omnibus putavi scribendum breuiter, tum ut obtrectatorum malevolentiam voluntariumque falsiloquium arguerem, tum ut aliorum ignorantiam corrigerem, vniuersosque de nostra antiquitate edocerem, qui veritatem scire desiderant. Eorum autem, quae a me dicuntur, utar quidem testibus eis, qui de omni antiquitate apud Graecos fide digni habiti fuerunt: eos vero, qui probrose de nobis falsoque scripsere aliqua, ipsos suis verbis conuictos dabo. Conabor etiam quid causae fuerit aperire, quod non multi e Graecis in historiis suis gentis nostrae meminerint: necnon et eos, qui de nobis scribere in historiis non omiserunt, producam iis, qui aut nesciunt eos, aut se nescire simulant.

2. Primum itaque vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiquissimis non aliis fidem, quam Graecis ho-

τοῖς Ἑλλήσι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. πᾶν γὰρ ἐγὼ τῶναντίον ὁρῶ συμβεβηκός, εἶγε δὲ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν ἅπαντα νῆα, καὶ χθῆς καὶ πρῶην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὐρήσεις γεγονότα· λέγω δὴ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν, καὶ τὰ περὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτῃ χροῖον ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ἢ περὶ τῆ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. τὰ μέντοι παρ' Αἰγυπτίοις τε, καὶ Χαλδαίοις καὶ Φοίνιξιν, ἐγὼ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν, αὐτοὶ δὴ πᾶσιν ὁμολογεῖσιν ἀρχαιοτάτην τε καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. καὶ γὰρ τόπῳς ἅπαντες οἰκῶσιν, ἥμισυ ταῖς ἐκ τῆ περιέχοντος Φθοραῖς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν, τῇ μὴδὲν ἄμνησον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων αἰεὶ καθιερεῖσθαι. τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρία μὲν Φθοραὶ κατέχον, ἐξαλείφουσι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων· αἰεὶ δὲ καινὰς καθιστάμενοι βίβας, τῇ παντὸς ἐνόμιζον ἄρχειν ἕκαστοι τὸν ἀφ' ἑαυτῶν. ὅψε δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. οἱ γὰρ ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶαι θέλοντες, παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμω σιμνύοντα μαθεῖν. ἢ μὴν ἔδ' ἐπ' ἐκείνῃ τῇ χρόνῳ δύναιτό τις ἂν δεῖξαι σωζομένην ἀναγραφὴν, ἢτ' ἐν ἱεροῖς, ἢτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν. ὅπῃ γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ἔτεσι στρατευσάντων ὕψρον, πολλὴ γέγονεν ἀπορία τε καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο. καὶ τάλῃθ' ἐπικρατεῖ μᾶλλον, περὶ τῇ τὴν νῦν ἦσαν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν. ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἑλλήσιν ἔδεν ὁμολογεῖμεν· εὐρίσκεται γράμμα τῆς Ομήρου ποιήσεως πρεσβύτερον. ἕτος δὲ καὶ τῶν Τρωϊκῶν ὕψρον φαίνεται γεγνημένος· καὶ φασὶν ἔδδ' ἐκείνου ἐν γράμμασι τὴν αὐτῇ ποιήσιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐκ τῶν ἀσμάτων

minibus, habendam esse, non nisi ab illis verum expectandum, proinde neque nobis, neque aliis quibuscunque, credendum arbitrantur. Equidem hoc in genere secus omnino statuendum intelligo, si modo verum e rebus ipsis sumere potius, quam vanis opinionibus inhaerere, malimus. Enimuero noua certe apud Graecos omnia, et ante vnum, vt ita loquar, alterumue diem exstitisse reperias, vrbium (inquam) molitionem, excogitationem artium, et legum perscriptionem: omnium vero nouissimo ad scribendam historiam se contulerunt. At vero et Ægyptiis, et Chaldaeis, et Phoenicibus (ne cum iis nostrates hoc loco numerem) vetustissimam atque constantissimam rerum suarum manere memoriam Graeci fatentur ipsi. Etenim cum regionem incolunt omnium minime infesto coelo laborantem, tum diligentiam in eo singularem adhibuerunt, vti ne quid e rebus suis oblivione conscriptum iaceret, sed potius omnia publicas in tabulas a viris sapientissimis semper referrentur. Contra vero tractum illum Graeciae vniuersum, infinitorum morborum subinde depasta lues, rerum gestarum memoriam funditus aboleuit; adeoque nouo semper instituto vitae curriculo, suum quique sibi vniuersae principium et caput esse facile persuaferunt. Idem sero admodum, vixque tandem literarum naturam didicere. Nam qui vetustissimum illarum vsum esse volunt, eas illi sese a Phoenicibus atque a Cadino accepisse gloriantur. neque tamen quisquam, aut in sacris, aut in publicis vsquam monumentis vllum eius temporis exstare vestigium ostenderit; vbi etiam de iis, qui Troianam expeditionem tanto post susceperere, dubitatum per diu quaesitumque est, an literis vti fuerint. Qua de re verior ea constantiorque sententia iam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum vsum fuisse. Neque tu scriptum omnino apud Graecos vllum, cuius de fide modo constet, Homeri Poësi antiquius inuenias. at eum post Troiana tempora natum esse nemo non fatetur: imo ne ab ipso quidem literis suam illam poësin mandatam esse ferunt, sed

ὑστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τῆτο πολλάς ἐν αὐτῇ χεῖν τὰς διαφωνίας. οἱ μέντοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγγράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τὰς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον, καὶ τὸν Αργεῖον Ακισίλαον, καὶ μετὰ τῆτον εἴ τινας ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς Περσῶν ἐπὶ τὴν Ελλάδα φρατείας τῷ χρόνῳ προέλαβον. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς περὶ τῶν ἡρακλείων τε καὶ Θείων πρώτους παρ' Ἑλλήσι φιλοσοφῆσαντας, οἷον Φερεκύδην τε τὸν Σύριον καὶ Πυθαγόραν καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογῶσιν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενομένους μαθητὰς ὀλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς Ἑλλήσιν εἶναι δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγραφῆθαι.

γ'. Πῶς ἔν ἐκ ἄλογον τετυφῶσθαι τῆς Ἑλληνας ὡς μόνους ἐπισταμένους τὰ ἀρχαῖα, καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας; ἢ τίς ἔ παρ' αὐτῶν συγγραφέων μάθοι ῥαδίως, ὅτι μηδὲν βεβαίως εἰδότες συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων εἰκάζοντο; πλεῖστον γὰρ διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσι, καὶ τὰ ἐναντιώτατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν ἐκ ὁκνήσουσι. περιέργους δ' ἂν εἴην ἐγὼ τὰς ἐμῶ μαλλον ἐπισταμένους διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ακισιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν, ὅσα δὲ διορθῆται τὸν Ησίοδον Ακισίλαος, ἢ τίνα τρόπον Εφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Εφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκείνων γεγονότες, Ηρόδοτον δὲ πάντες. ἀλλ' ἡδὲ περὶ τῶν Σικελῶν τοῖς περὶ Αντίοχον καὶ Φίλιππον ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν· ἡδ' αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ περὶ τῶν Αργολικῶν οἱ τὰ περὶ Αργεὺς ἱστορῶντες ἀλλήλοις κατηκολυθῆκασιν. καὶ τί δὲ λέγειν περὶ τῶν κατὰ πόλεις καὶ βραχυτέρων, ὅπως περὶ τῆς περιηγήσεως τῆς Περσικῆς φρατείας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασιν. πολὺ δὲ καὶ Θεκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπὸ τινων κατηγορεῖται.

posterorum memoria propagatam aliquamdiu, variis ex cantilenis collectam demum et contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo discrepantiae reperiri. Ergo qui ex illis ad scribendam historiam animum appulere, Cadinus, inquam, Milesius, et Acusilaus Argiuis, ac si qui praeterea nominantur, paulum admodum Persicam aduersus Graecos expeditionem tempore anteuenterunt. Ad haec, qui de rebus coelestibus atque diuinis primi apud eos philosophari coeperunt, vt Pherecydes Syrius et Pythagoras et Thales, illos et Aegyptiorum Chaldaeorumque discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse, ore omnes vano pronunciant: atque illa Graeci cum omnium vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis ea scripta fuisse credunt.

3. Quis igitur vano stolidoque fastu Graecos laborare non videat, qui sibi et res antiquas tenere soli, et soli accuratam illarum integramque veritatem tradere videantur? Imo quis non ex iisdem scriptoribus illud perfacile discat, perspecti ab iis nihil exploratique conscriptum, sed tantum quatenus assequi coniectura potuerint? Itaque scriptis suis alios passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus longe diuersa loqui erubescunt. Ego vero importunus et otiosus vtique videar, si, quibus id, quam ipsi mihi, notius est, perdocere velim, quam in Genealogiae rationibus multa sint, in quibus Hellanicus ab Acusilao dissideat: quam apud Hesiodum Acusilaus multa castiget: quam saepe mendacii reum Hellanicum Ephorus, Ephorum Timaeus, Timaeumque recentiores, denique Herodotum vniuersi peragant. Neque vero aut de rebus Siculis eadem Timaeus, quae Antiochus et Philistus et Callias, sentire voluit: aut in Atticis, qui Atthidas scripsere, vel in Argolicis, qui de Argo, aliorum alii sensum mentemque sequuti sunt. quanquam quid ea persequi attinet, quae per vrbes passim contingere, et angustioribus omnino regionibus continentur, cum in ipsa quoque Persica expeditione ac rebus in ea gestis, laudatissimorum scriptorum magna sit plerumque dissensio? prorsus vt ipse etiam Thucydides, licet accuratissimam temporum suorum hi-

ται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' αὐτὸν ἱστορίαν συγ-
γράφειν.

δ'. Αἰτία δὲ τῆς τοσαύτης διαφωνίας πολλὰ μὲν ἴσως ἂν καὶ ἕτεραι τοῖς βυλομένοις ζητεῖν ἀναφανῆεν, ἐγὼ δὲ δυοὶ ταῖς λεχθησομέναις τὴν μεγίστην ἰχὺν ἀνατίθημι. καὶ προτέραν ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναι μοι δοκῆσαν. τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὴ σπῆδασθῆναι, παρὰ τοῖς Ἑλλήσι δημοσίας γενέσθαι περὶ τῶν ἐκάστοτε πραττομένων ἀναγραφῆς, τὸτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἐξουσίαν τῇ ψεύδει, τοῖς μετὰ ταῦτα βυληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέχεν. ἡ γὰρ μόνον παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσιν ἡμελήθη τὰ περὶ τῆς ἀναγραφῆς, ἀλλ' ἔδδ' παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅς αὐτόχθονας εἶναι λέγασσι καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, ἔδδ' ἐν τοῖς τοῖς εὐρίσκειται γενόμενον· ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτης εἶαι φασὶ τῆς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν Φονικῶν γραφέντας νόμους, ὁλέγω πρότερον τῆς Πεισιγέρτης τυραννίδος ἀνθρώπων γεγονότος. περὶ μὲν γὰρ Ἀρχαίων τί δεῖ λέγειν αὐχύντων ἀρχαιότητα; μόλις γὰρ ὅτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδευθήσαν.

ε'. Ἰατε δὴ τοῖνυν ὑδεμιᾶς προκαταβεβλημένης ἀναγραφῆς, ἡ καὶ τῆς μαθεῖν βυλομένης διδάξεν ἡμελλε, καὶ τῆς ψευδομένης ἐλέγξεν, ἡ πολλὰ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγραφεῦσι. δευτέραν δὲ πρὸς ταύτην θετέον ἐκείνην τὴν αἰτίαν. οἱ γὰρ ἐπὶ τὸ γράφειν ὀρμήσαντες, ἡ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐσπῆδασαν, καίτοι τῷ πρόχειρόν ἐστιν αἰεὶ τὸ ἐπάγγελμα, λόγων δὲ δύναμις ἐπέδεικνυντο· καὶ καθ' ὅντινα τρόπον ἐν τῷ παρυσδοκιμήσεν τῆς ἄλλης ὑπελάμβανον, κατὰ τῷτον ἡρμόζοντο. τινὲς μὲν ἐπὶ τὸ μυθολογεῖν τρεπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς χάριν ἢ τὰς πόλεις ἢ τῆς βασιλείας ἐπαινῶντες, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν τῶν πράξεων ἢ τῶν γεγραφότων ἐχώρησαν, ἐνευδοκιμήσεν τῷτον νομίζοντες. ὅλως δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον ἱστορία πράττοντες διατελῶσι. τῆς μὲν γὰρ

floriam perscribere videatur, a nonnullis erroris ac vanitatis arguatur.

4. Cuius sane dissidii, cum aliae fortassis plurimae aliis in illud anquirentibus occurrere possint, tum has praecipue duas summi momenti causas esse intelligo. Atque ut ab ea, quae mihi potior videtur, incipiam, cum totum illud res eas, quae ubique fierent, publicas in tabulas referendi studium a Graecis iam usque ab initio neglectum fuisset, id sane cum errori maxime viam aperuit, tum iis etiam omnibus, qui de rebus antiquioribus scribere cogitarent, licentiam obtulit impune mentiendi. Nec enim reliqua duntaxat Graecorum natio hanc tabularum conficiendarum curam iacere permisit: sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen et indigenas et disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, quicquam eiusmodi factum reperias: cum e publicis quidem literis antiquissimas leges eas fuisse tradant, quas ipsis Draco de caede tulit, homo, qui non nisi paulo ante Pisistrati tyrannidem lucem adspexerat. Nam Arcadum meminisse quid attinet, qui, cum de sua tantopere vetustate glorientur, vix tamen etiam post illa tempora literarum informari cognitione coeperunt?

5. Ita plane, cum vetustior commentarius nullus existeret, qui vel docere discendi cupidos, vel mentientes arguere posset, maxima est scriptores inter excitata dissensio. Cui tu causae alteram hanc adiungas licet. Qui enim ad scribendum sese contulerunt, ii non veritatis utique studio ducebantur, licet hoc profiteri solenne passim omnibus tralatitiumque sit, sed vim orationis vnam ostendebant: atque ita, quo se quisque genere alios superatum esse maxime confidebat, in eo elaborabant plurimum. Ergo alii fabulas texere, alii civitatum aut regum benevolentiam et gratiam laudationibus eblandiri coeperunt: nonnulli res ipsas, aut illarum scriptores carpere ac vituperare maluerunt, quod in eo sese facilius excellere posse sperarent. Caeterum isti cum historiae legibus omnino pugnant. Cum enim eo potissimum ar-

ἀληθῆς ἐστὶ τεκμήριον ἱστορίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες ταῦτα καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν. οἱ δ' εἰ ταῦτα γράψαναι ἐτίμως, ὥτως ἐνόμιζον αὐτοὶ φανεῖσθαι πάντων ἀληθέστατοι. λόγων μὲν ἔν ἑνὲκα καὶ τῆς ἐν τούτοις δεινότητος δεῖ παραχωρεῖν ἡμᾶς τοῖς συγγραφεῦσι τοῖς Ἑλληνικοῖς· ἢ μὴν καὶ τῆς περὶ τῶν ἀρχαίων ἀληθοῦς ἱστορίας, καὶ μάλιστα γὰρ τῆς περὶ τῶν ἐκάστοις ἐπιχωρίων.

ε'. Οτι μὲν ἔν παρ' Αἰγυπτίοις τε καὶ Βαβυλωνίοις, ἐκ μακροτάτων ἄνωθεν χρόνων, τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, ὅπως μὲν οἱ ἱερεῖς ἦσαν ἐγκειχειρισμένοι, καὶ περὶ ταύτας ἐφιλοσόφην, Χαλδαῖοι δὲ παρὰ τοῖς Βαβυλωνίοις, καὶ ὅτι μάλιστα δὲ τῶν Ἑλλήσιν ἐπιμειγνυμένων ἐχρήσαντο Φοίνικες γράμμασιν, εἰς τε τὰς περὶ τὸν βίον οἰκονομίας, καὶ πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἔργων παράδοσιν, ἐπεὶ δὴ συγχωρεῖσιν ἅπαντες, εἰσέειν μοι δοκῶ. περὶ δὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ὅτι τὴν αὐτὴν, εἰ γὰρ λέγειν, εἰ καὶ πλείω τῶν εἰρημένων ἐποίησαντο τὴν περὶ τὰς ἀναγραφὰς ἐπιμέλειαν, τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς προφῆταις τῆτο προσάξαντες. καὶ ὡς μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων πεφύλακται πολλῆς ἀκριβείας, εἰ δὲ θρασύτερον εἰπεῖν καὶ φυλαχθήσεται, περᾶσομαι συντόμως διδάσκειν.

ζ'. Οὐ γὰρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τέτων τῆς ἀρίστες, καὶ τῇ θεραπείᾳ τῇ Θεῷ προσεδρεύοντας κατέστησαν, ἀλλ' ὅπως τὸ γένος τῶν ἱερέων ἄμικτον καὶ καθαρόν διαμένῃ, πρέμνησαν. δεῖ γὰρ τὸν μετέχοντα τῆς ἱερωσύνης ἐξ ὁμογενῆς γυναικὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ μὴ πρὸς χεῖματα μηδὲ τὰς ἄλλας ἀποβλέπειν τιμὰς, ἀλλὰ τὸ γένος ἐξετάζειν ἐκ τῶν ἀρχαίων λαμβάνοντα τὴν διαδοχὴν, καὶ πολλὰς παραχόμενοι μάρτυρας. καὶ ταῦτα πράττομεν ἢ μόνον ἐκ αὐτῆς Ἰσθαίας, ἀλλ' ὅπως ποτὲ σύστημα τῷ γένει ἐστὶν ἡμῶν, καὶ καὶ τὸ ἀκριβὲς ἀποσώζεται τοῖς ἱερεῦσι περὶ τῆς γάμης· λέγω δὲ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι, καὶ εἴπερ τῆς ἄλλης οἰκισμένης τῷ γένει τῶν ἱερέων εἰσὶ τινες διασπαρμέναι. πέμπουσι γὰρ εἰς Ἱερουσόλυμα συγγράψαντες πατρῷον

gumento historiae veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuncient, ac scribant, ita sese demum isti maxime reliquos omnes veritatis opinione superaturos putarunt, si ab reliquis maxime dissiderent. Certe dicendi genere et eloquentiae vi cedere nos oportet scriptoribus Graecis; non autem historiae de priscis veritate, et maxime de rebus propriae vniuscuiusque patriae.

6. Quod apud Aegyptios quidem et Babylonios ex longissimis retro seculis in rebus conscribendis adhibita fuerit diligentia, quando sacerdotibus quidem id officii commissum erat, et circa eas ipsi philosophabantur, Chaldaeis vero apud Babylonios, et maxime Phoenicibus, qui Graecis immixti vsi sunt literis, vt et vitae rationem ordinarant, et opera publica memoriae traderent, dum consentiant omnes, praemittendum hoc puto. De nostris vero progenitoribus, quod eandem, (mitto dicere an potioram) quam praedicti, habuerint in conscribenda historia curam, pontificibus et prophetis id muneris iniungentes; quodque vsque ad nostra tempora cum multa diligentia hoc ipsum seruauerint, et, si oportet audentius dicere, etiam seruabitur, conabor breuiter edocere.

7. Non enim tantum ab initio his rebus viros optimos et in Dei cultu assiduos praefecere, sed et curam habuere, vt genus sacerdotale purum semper impermixtumque permaneret. Debet enim, quisquis sacerdotio fungitur, ex populari sua coniuge liberos quaerere, neque ad pecunias aut honores respicere alios, sed genus exquirere secundum antiquam successionem multis probatum testimoniis. Et haec obseruamus non in Iudaea tantum, sed vbicunque pars aliqua est de nostra gente, ibi observatur sollicita nuptiarum sacerdotalium regula: puta in Aegypto, in Babylone, et sicubi terrarum praeterea sparsi sunt nostri sacerdotes. Mittunt enim Hierosolyma de-

τῆνομα τῶν γενναμένων καὶ τῶν ἐπάνω προγόνων, καὶ τίνες οἱ μαρτυρῆντες. πόλεμος δ' εἰ κατάχοι, καθάπερ ἤδη γέγονεν πολλάκις, Ἀντιόχῃ τε τῇ Ἐπιφανῆς εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντος, καὶ Πομπηΐς Μάγνῃ, καὶ Κυϊντιλίου Οὐάρε, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, οἱ περιλεπόμενοι τῶν ἱερέων καινὰ πάλιν ἐκ τῶν ἀρχαίων γραμμάτων συνίστανται, καὶ δοκιμάζουσι τὰς ὑπολειφθείσας γυναῖκας. ἡ γὰρ ἔτι τὰς αἰχμαλώτους γενομένας προσίενται, πολλάκις γεγонуῖαν αὐταῖς τὴν πρὸς ἀλλόφυλον κοινωνίαν ὑφορώμενοι. τεκμήριον δὲ μέγιστον τῆς ἀκριβείας. οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς οἱ παρ' ἡμῖν ἀπὸ διχιλίων ἐτῶν ὀνομαστοὶ παῖδες ἐκ πατρὸς εἰσιν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς. τοῖς δὲ τῶν εἰρημέων ὅτι ἂν γένοιτο εἰς παράβασιν, ἀπηγόρευται μῆτε τοῖς βωμοῖς παρίστασθαι, μῆτε μετέχειν τῆς ἄλλης ἀγιστείας. εἰκότως ἂν, μᾶλλον δὲ ἀναγκαίως, ἅτε μῆτε τῇ ὑπογράφειν αὐτέξουσιν πᾶσιν ὄντος, μῆτε τινὸς ἐν τοῖς γραφομένοις ἐκείνης διαφωνίας· ἀλλὰ μόνων τῶν προφητῶν τὰ μὲν ἀνωτάτω καὶ τὰ παλαιότατα κατὰ τὴν ἐπίπνοϊαν τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μαθόντων, τὰ δὲ καθ' αὐτὰς ὡς ἐγένετο σαφῶς συγγραφόντων.

ἡ. Οὐ γὰρ μυριάδες βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν, ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων· δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι βιβλία, τῇ παντὸς ἔχοντα χρόνῳ τὴν ἀναγραφὴν, τὰ δικαίως θεῖα πεπιστευμένα. καὶ τῶν πάντε μὲν ἐστὶ τὰ Μωϋσέως, ἃ τὴν τε νόμον περιέχει, καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παραδόσιν, μέχρι τῆς αὐτῇ τελευτῆς. ὅτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τριχιλίων ὀλίγον ἐτῶν. ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξεως τῇ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλείᾳ ἀρχῆς, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτὰς πρᾶχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις· αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες ὕμνος εἰς τὸν Θεὸν καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὑποθήκας τῇ βίᾳ περιέχουσιν. ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξεως μέχρι τῇ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ γέγραπται μὲν ἑκατὰ· πέντε δὲ ἔχ' ὁμοίας ἡξίωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ

scripta nomina parentum et maiorum, additis testium nominibus. Quod si bellum enascatur, ut saepe factum est, sicut cum Antiochus Epiphanes terram inuasit, et cum Pompeius Magnus, et cum Quintilius Varus, maxime vero nostris temporibus, tum qui supersunt sacerdotum notas ex veteribus tabulas conficiunt, et inquirunt in feminas superstites. nam nec eas, quae bello captae fuerunt, recipiunt, suspectantes eam, quae saepe talibus accidit, cum alienigenis consuetudinem. Est autem argumentum diligentiae maximum circa ista, quod summi sacerdotes apud nos in commentariis descripti sunt ab annis bis mille cum suis parentumque nominibus. Si quis aduersus haec deliquerit, ei non licet altari adstare, aut caeterarum ceremoniarum esse participem. recte siquidem, potius autem ex necessitate, cum neque subscribendi potestas omnibus data, neque vlla sit in scriptis discrepantia; sed solummodo prophetis, qui antiquissima quidem et veterrima ex inspiratione diuina cognita habuerint, suorum vero temporum res quo modo gestae erant plane conscripserint.

8. Itaque apud nos nequaquam innumerabilis est librorum multitudo, dissentientium atque inter se pugnantium: sed duo duntaxat et viginti libri, totius praeteriti temporis historiam complectentes, qui merito creduntur diuini. Ex his quinque quidem sunt Moysis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum a conditu generis humani usque ad ipsius interitum. Atque hoc spatium temporis tria fere annorum millia comprehendit. A Moysis autem interitu ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetae, qui Moyssi succedere, res sua aetate gestas tredecim libris complexi sunt: quatuor vero reliqui hymnos in Dei laudem, et praecepta vitae hominum exhibent utilissima. Caeterum ab imperio Artaxerxis ad nostram usque memoriam sunt quidem singula literis mandata; sed nequaquam tantam fidem et auctoritatem meruerunt, quantam superiores ii libri, propterea quod minus explorata fuit

γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχὴν. δῆλον δ' ἐστὶν ἔργῳ, πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίῳις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. το-
 σῶτα γὰρ αἰῶνος ἤδη παρωχηκός, ὥτε προδεῖναι τις
 εἶδεν, ὥτε ἀφελεῖν αὐτῶν, ὥτε μεταδεῖναι τετόλμηκεν. πᾶσι
 δὲ σύμφυτόν ἐστιν εὐθύς ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως Ἰσρααίῳις,
 τὸ νομίζειν αὐτὰ Θεῶν δόγματα, καὶ τούτοις ἐμμένειν, καὶ
 ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ δόξοι, θνήσκειν ἡδέως· ἤδη ὅν πολλοὶ πολλα-
 κίς ἐώρανται τῶν αἰχμαλώτων, σρέβλας καὶ παντοίων θά-
 νάτων τρέψας ἐν θεάτροις ὑπομένοντες, ἐπὶ τὸ μηδὲν ῥῆμα
 προέσθαι παρὰ τῆς νόμου καὶ τὰς μετὰ τούτων ἀναγραφάς.
 ὃ τίς ἂν ὑπομείνειεν Ἑλλήνων ὑπὲρ αὐτῶν, ἀλλ' ὅδ' ὑπὲρ τῶ
 καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτοῖς ἀφανιοθῆναι συγγράμματα, τὴν
 τυχῶσαν ὑποσῆσται βλάβην; λόγους γὰρ αὐτὰ νομίζουσι
 εἶναι, κατὰ τὴν τῶν γραφάντων βέβλησιν ἐχθροδιασμένους.
 καὶ τούτο δικαίως καὶ περὶ τῶν παλαιότερων Φρονέουσιν,
 ἐπειδὴ καὶ τῶν νῦν ἐνέχουσιν ὁρῶσι τολμῶντας περὶ τούτων συγ-
 γράφειν, οἷς μὴτ' αὐτοὶ παρεγένοντο, μήτε πύθέσθαι πα-
 ρὰ τῶν εἰδόντων ἐφιλοτιμήθησαν. ἀμέλει καὶ περὶ τῶ γε-
 νομένου νῦν ἡμῖν πολέμου τινὲς ἱστορίας ἐπιγράψαντες ἐξη-
 νόχασιν, ὥτ' εἰς τῶς τόπους παραβαλόντες, ὥτε πλησίον
 τούτων πραττομένων προσελθόντες· ἀλλ' ἐκ παρακυσμά-
 των ὀλίγα συνθέντες, τῷ τῆς ἱστορίας ὀνόματι λίαν ἀναιδῶς
 ἐνεπαροίνησαν.

Θ'. Εγὼ δὲ καὶ περὶ τῶ πολέμου παντός, καὶ περὶ τῶν
 ἐν αὐτῷ κατὰ μέρος γενομένων, ἀληθῆ τὴν ἀναγραφὴν
 ἐποίησάμην, τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἅπασι παρατυχόν.
 ἐστρατήγην μὲν γὰρ τῶν παρ' ἡμῖν Γαλιλαίων ὀνομαζομένων,
 ὥς ἀντέχειν δυνατόν ἦν, ἐγενόμην δὲ παρὰ Ῥωμαίοις συλ-
 ληφθεὶς αἰχμάλωτος. καὶ με διὰ Φυλακῆς Οὐεσπασια-
 νὸς καὶ Τίτος ἔχοντες, αἰεὶ προσεδρεύον αὐτοῖς ἠνάγκασαν,
 τὸ μὲν πρῶτον ρεδεμένον· αὐτοῖς δὲ λυθεὶς συνεπέμφθη
 ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας Τίτῳ, πρὸς τὴν Ἱερουσολύμων πε-
 λιορκίαν. ἐν ᾧ χρόνῳ γενομένων τῶν πραττομένων ἐκ ἐστὶν
 ὃ τὴν ἐμὴν γνῶσιν διέφυγε. καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὸ στρατό-

successio prophetarum. Quanta porro veneratione libros nostros prosequamur, re ipsa apparet. Cum enim tot iam saecula effluxerint, nemo adhuc nec adiicere quicquam illis, nec demere, aut mutare aliquid est ausus. Sed omnibus Iudaeis statim ab ipso nascendi exordio hoc insitum atque innatum est, Dei ut haec esse praecpta credamus, iisdemque constanter adhaerescamus, et eorum causa, si opus fuerit, libentissime mortem perferamus. Iam itaque multi captiuorum frequenter et tormenta et omnis generis mortem in theatris sustinere conspecti sunt, ne vllum verbum contra leges admitterent, scriptasque de illis traditiones. Quis Graecorum tale aliquid subiret, imo vel minimum quidem laedi sufferet, licet omnia ab illis scripta interitus periculum adeant? quippe illa narrationes esse existimant, propere effusas, prout allubesceret scriptoribus. Atque ita non immerito sentiunt de antiquioribus, quoniam aliquos nunc quoque vident de istis scribere aggredientes, quibus neque ipsi interfuere, neque operam dedere, ut a rerum gnaris illa acciperent. scilicet etiam de bello, quod nuperrime gessimus, quidam historias, quas conscripserant, ediderunt, cum neque ad ea loca peruenerint, neque in vicinia fuerint locorum, ubi res gestae erant: sed ex fama et auditione paucula quaedam temere componentes, historiae nomine impudenter admodum et insolenter se efferunt.

9. Ego autem et de omni bello, deque iis, quae particulatim gesta erant, veritati congruenter scripsi, cum ipse rebus omnibus interfuerim. Etenim eorum dux existiteram, qui apud nos Galilaei audiunt, quamdiu resistendo eramus, comprehensus autem a Romanis factus sum captiuus; cumque me Vespasianus et Titus in custodia haberent, illis semper assidere coegerunt, primo quidem vinctum. postea vero solutus ab Alexandria cum Tito missus eram ad Hierosolymorum obsidionem. Quo tempore cum fierent, quae gesta erant, nihil meam notitiam effugit. nam et singula in Ro-

πεδον τὸ Ῥωμαίων ὄρων ἐπιμελῶς ἀνέγραφον, καὶ τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἀπαγγελλόμενα μόνος αὐτὸς συνίην· εἶτα χολῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ λαβόμενος, πάσης μοι τῆς πράγματιαις ἐν παρασκευῇ γεγενημένης, χρησάμενος τισὶ πρὸς τὴν Ἑλληνίδα Φωνὴν συνεργοῖς, ἕτως ἐποίησάμην τῶν πράξεων τὴν παράδοσιν. τοσῶτον δὲ μοι περιῖν θάρσος τῆς ἀληθείας, ὥς τε πρώτης πάντων τῆς αὐτοκράτορας τῇ πολέμῳ γενομένης Οὐεσπασιανὸν καὶ Τίτον ἡξίωσα λαβεῖν μάρτυρας. πρώτοις γὰρ δέδωκα τὰ βιβλία· καὶ μετ' ἐκείνης πολλοῖς μὲν Ῥωμαίων τοῖς συμπεπολημηκόσι, πολλοῖς δὲ τῶν ἡμετέρων ἐπίπρασπον, ἀνδράσι καὶ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας μετεχρηκόσιν, ὧν ἐσιν Ἰῦλιος Λαχέλαος, Ηρώδης ὁ σεμνότετος, καὶ αὐτὸς ὁ θαυμασιώτατος βασιλεὺς Ἀγρίππας. ἔτοι μὲν ἦν ἅπαντες ἐμαρτύρησαν, ὅτι τῆς ἀληθείας πρῆσθην ἐπιμελῶς, ἕκ ἂν ὑποσχελάμενοι καὶ σιωπήσαντες, εἴ τι κατὰ ἄγνοιαν ἢ χαριζόμενος μετέθηκα τῶν γεγονότων ἢ παρέλιπον.

ἰ. Φαῦλοι δὲ τινες ἄνθρωποι διαβάλλειν με τὴν ἰσορίαν ἐπιτεχειρήκασιν, ὥσπερ ἐν χολῇ μερακίων γύμνασμα προκείσθαι νομίζοντες. κατηγορίας παραδόξας καὶ διαβολῆς· δέον ἐκείνο γινώσκειν, ὅτι δὲ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπικυνέμενον, αὐτὸν ἐπίσασθαι ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρεκλογηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδόντων πυνθανόμενον. ὅπερ ἐγὼ μάλιστα περὶ αἰμφοτέρας νομίζω πεποιηκέναι τὰς πραγματείας. τὴν μὲν γὰρ ἀρχαιολογίαν, ὥσπερ ἔφη, ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων μεθερμήνευκα, γεγονὼς ἱερεὺς ἐκ γένους, καὶ μετεχρηκὼς τῆς φιλοσοφίας τῆς ἐν ἐκείνοις τοῖς γεράμμασι· τῇ δὲ πολέμῳ τὴν ἰσορίαν ἐγραψα, πολλῶν μὲν αὐτεργὸς πράξεων, πλείων δ' αὐτόπτης γενόμενος, ἕλως δὲ τῶν λεχθέντων ἢ πραχθέντων ἔδοτι ἂν ἀγνοήσας. πῶς ἂν ἕκ ἂν θρασυῖς τις ἠγήσαιο τῆς ἀνταγωνίζεσθαι μοι περὶ τῆς ἀληθείας ἐπιτεχειρηκότας; οἱ καὶ τοῖς τῶν αὐτοκρατόρων ὑπομνήμασιν ἐντυχῆν λέγωσιν, ἀλλ' ἔγωγε

mano exercitū prospiciens, diligenter ea notabam; quaeque a transfugis nunciabantur, ego solus intellexi: deinde Romae otium nactus, opere omni iam praeparato, et quibusdam propter Graecam linguam in auxilium vocatis, res, prout gestae erant, literis mandabam. Adeoque veritati confidebam, ut omnium primos Vespasianum et Titum in eo bello imperatores mihi testes facere voluerim. Primum namque illis obtuli libros; et post illos multis quidem Romanorum, qui bello interfuere: plurimis etiam nostratum eos vendidi, viris Graecae eruditionis non ignaris; in quibus erat Iulius Archelaus, Herodes morum grauitate spectatissimus, idemque rex Agrippa admiratione dignissimus. Isti sane vniuersi testimonium perhibuerunt, quod veritatem accuratam praeme ferebam, non dissimulaturi aut tacituri, si quid factorum per ignorantiam aut per gratiam commutassem aut praetermissem.

10. Quidam vero homines male feriatī historiam meam calumniari conati sunt, tanquam eiusmodi esset, ut adolescentibus in scholis ad ingenium exercendum proponi debeat. O accusationem incredibilem turpemque calumniam! cum oporteat illud sciri, quod eum deceat, qui se polliceatur rerum veritatem aliis traditurum, ipsum prius exacte eas nosse, aut quod adfuerit, cum gererentur, aut quod ex gnaris eas didicerit. id quod ego in utroque opere me fecisse existimo. Antiquitatis namque libros, sicuti dixi, ex voluminibus sacris interpretatus sum, cum essem genere sacerdos, et a philosophia in scriptis istis comprehensa non alienus: historiam vero belli conscripsi, ut qui ipse res quidem multas gesserim, plurimas vero ipse viderim, et eorum, quae dicta vel gesta erant, nihil prorsus ignorarim. Quo modo ergo non procaces isti existimarentur, qui mecum de veritate contendere aggressi sunt? qui, licet imperatorum commentarios legisse dicantur,

καὶ τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιπολεμύντων πρᾶγμασι παρὰ
τυχον.

ια'. Περὶ μὲν ὃν τέτων ἀναγκαίαν ἐποισάμην τὴν παρ-
έκβασιν, ἐπισημῆνασθαι βεβλόμενος τῶν ἐπαγγελλομένων
τὰς ἱστορίας συγγράφειν τὴν εὐχέριαν· ἰκανῶς δὲ φανερόν,
ὥς οἶμαι, πεπεικῶς, ὥς ὅτι πάτριός ἐστιν ἡ περὶ τῶν πα-
λαιῶν ἀναγραφὴ τοῖς βαρβάρους μᾶλλον, ἢ τοῖς Ἕλλησιν.
βύλομαι δὲ μικρὰ πρότερον διαλεχθῆναι πρὸς τὰς ἐπιχει-
ρῶντας εἴαν ἡμῶν ἀποφαίνην τὴν κατάστασιν, ἐκ τῆ μηδὲν
περὶ ἡμῶν, ὥς φασιν ἐκείνοι, λελέχθαι παρὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς
συγγραφεῦσιν· εἴτα δὲ τὰς μαρτυρίας τῆς ἀρχαιότητος ἐκ
τῶν παρ' ἄλλοις γραμμάτων παρέξω, καὶ τὰς μὲν βεβλασ-
φημηκότας ἡμῶν τὸ γένος ἀποδείξω λίαν ἀλόγως βλασφη-
μῶντας.

ιβ'. Ἡμεῖς τοίνυν ὅτε χώραν οἰκῶμεν παράλιον, ὅτ'
ἐμπορίαις χαίρομεν, ὅδε ταῖς πρὸς ἄλλας διὰ τέτων ἐπι-
μιξίαις. ἀλλ' εἰσὶν μὲν ἡμῶν αἱ πόλεις μακρὰν ἀπὸ θα-
λάσσης ἀπωκισμέναι, χώραν δὲ ἀγαθὴν νεμόμενοι ταύτην
ἐκπονῶμεν· μάλιστα δὲ πάντων περὶ παιδοτροφίαν φιλο-
καλῶντες, καὶ τὸ φυλάττειν τὰς νόμους, καὶ τὴν κατὰ τέτους
παραδοδομένην εὐσέβειαν, ἔργον ἀναγκαιότατον παντὸς τῆ
βίης πεποιημένοι. προσέσης τοίνυν τοῖς εἰρημένοισι καὶ τῆς
περὶ τὸν βίον ἡμῶν ιδιότητος, ὃδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαίοις χρό-
νοις τὸ ποιῆν πρὸς τῆς Ἑλλήνας ἡμῖν ἐπιμιξίαν, ὥσπερ Αἰ-
γυπτίοις μὲν τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγόμενα καὶ πρὸς αὐτὰς
εἰσαγόμενα· τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς Φοινίκης κατοικῶ-
σιν, ἡ περὶ τὰς καπηλείας καὶ τὰς ἐμπορίας σπυρδὴ, διὰ
τὸ φιλοχρηματῆν. ἢ μὴν ὅδε πρὸς ληψείας, ὥσπερ ἄλλοι
τινὲς, ἢ τὸ πλέον ἔχεν ἀξίῳ, πολεμῶντες ἐτράπησαν ἡμῶν
οἱ πατέρες, καίτοι πολλὰς τῆς χώρας ἐχέσης μυριάδας
ἀνδρῶν ἐκ ἀτόλμων. διὰ τῆτο Φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ'
ἐμπορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐπισπλέοντες εὐθύς ἐγνώθησαν,
καὶ δι' ἐκείνων Αἰγύπτιοι, καὶ πάντες, ἀφ' ὧν τὸν φόρτον
εἰς τῆς Ἑλλήνας διεκόμεζον, μεγάλῃ πελάγῃ διαίροντες.

non tamen nostrorum, qui illis aduersabantur rebus, intererant.

11. Et de istis quidem necessariam feci digressionem, significare volens facultatem eorum, qui historiam scribere promittunt: atque abunde me declaratum reliquisse arbitror, quod rerum vetustarum memoriam scriptis consignare magis in usu est apud barbaros, quam Graecos. Volo igitur in primis eos paucis redarguere, qui nostrum statum recentem esse contendunt, eo quod nihil de nobis, ut aiunt, illis memorarint scriptores Graeci: deinde testimonia antiquitatis nostrae ex aliorum scriptis afferam, et eos, qui nostrae genti maledixerunt, nulla prorsus cum ratione nobis maledicere ostendam.

12. Quod ad nos attinet, terram habitamus, quae neque mari vicina est, neque negotiationibus gaudemus, neque earum causa nobis consuetudo cum aliis gentibus est. Sed sunt urbes quidem nostrae procul a mari sitae; ipsi autem nos regionem bonam incolentes hanc cum labore exercemus: maxime vero omnium liberis educandis studentes et legum custodiae, ut qui pietatem ad illas exactam opus totius vitae maxime necessarium fecerimus. Cum igitur ad ea, quae dicta sunt, accedat etiam viuendi ratio propria, nihil erat priscis temporibus, quod faceret nobis commercium Graecorum, sicut Aegyptiis mercimonia, ex rebus, quae importarentur aut exportarentur ad alias gentes; et Phoenicibus oram maritimam accolentibus, cauponandi et negotiandi studium ex amore pecuniae. Sed neque ad latrocinia, sicut alii quidam, aut amplius habere desiderantes, bellum exercendo conuersi sunt patres nostri, licet regio multis virorum strenuorum myriadibus abundaret. Quo factum, ut Phoenices negotiationis ergo ad Graecos nauigantes statim agniti fuerint, et per illos Aegyptii, dein omnes, a quibus ad Graecos onera perferebant, immensa maria pertranseunt. Medi

Μῆδοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ Πέρσαι Φανεροὶ κατέστησαν, τῆς Ἀσίας ἐκάρξαντες, οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἐτέρας ἠπείρου Πέρσαι στρατεύσαντες. Θράκες δὲ διὰ γαιτονίαν, καὶ τὸ Σκυθικὸν ἀπὸ τῶν εἰς τὸν Πόντον ἐγνώθη πλεόντων. ὅλως γὰρ ἅπαντες οἱ παρὰ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς καὶ πρὸς τὴν ἐσπέρειον κατοικῶντες, τοῖς συγγράφειν τι βυλομένοις γνωριμώτεροι κατέστησαν. οἱ δὲ ταύτης ἀνωτέρω τὰς οἰκίσεις ἔχοντες ἐπιπλῆστον ἠγνοήθησαν. καὶ τῆτο φαίνεται καὶ περὶ τὴν Εὐρώπην συμβεβηκός, ὅπως γὰρ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, τοιαύτην ἐκ μακρῆς δύναμιν κεκτημένης, καὶ τοιαύτας πράξεις κατορθώσης πωλεμικὰς, ὅθ' ὁ Ἡρόδοτος, ὅθ' ὁ Θουκυδίδης, ὅτε τῶν ἄμα τότε γενομένων εἰδὲ εἰς ἐμνημόνευκεν, ἀλλ' ὅψε ποτε καὶ μόλις αὐτῶν εἰς τὰς Ἑλλήνας ἢ γυνῶσις διεξῆλθεν. περὶ μὲν γὰρ Γαλατῶν τε καὶ Ἰβήρων ὅπως ἠγνόησαν οἱ δοκῶντες ἀκριβέστατοι συγγραφεῖς, ὧν ἐστὶν Εὐφορος, ὥστε πόλιν οἶσται μίαν εἶναι τὰς Ἰβήρας, τὰς τοσῶτο μέρος τῆς Εσπερίας γῆς κατοικῶντας· καὶ τὰ μῆτε γινόμενα παρ' αὐτοῖς ἔθνη, μῆτε λεγόμενα γράφειν, ὡς ἐκεῖνων αὐτοῖς χρωμένων, ἐτόλμησαν· αἴτιον δὲ τῷ μὲν μὴ γινώσκεν τάληθές, τὸ λίαν ἀνεπίμικτον· τῷ δὲ γράφειν ψευδῆ, τὸ βύλασθαι δοκῆν τι πλεον τῶν ἄλλων ἰσορεῖν. πῶς ἔν ἐτι θαυμάζειν προσῆκεν, εἰ μὴδὲ τὸ ἡμέτερον ἔθνος πολλοῖς ἐγγινώσκετο, μὴδὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασι μνήμης ἀφορμὴν παρέχεν, ὅτω μὲν ἀπακισμένον τῆς θαλάσσης, ὅτω δὲ βιοτεύειν προσηγμένον.

ιγ'. Φέρε τοίνυν ἡμᾶς ἀξιῶν τεκμηρίω χρῆσασθαι περὶ τῶν Ἑλλήνων, ὅτι μὴ παλαιόν ἐστιν αὐτῶν τὸ γένος τῷ μὴδὲν ἐν ταῖς ἡμετέραις ἀναγραφαῖς περὶ αὐτῶν εἰρηδοῦναι. ἄρ' ἔχι πάντα ἂν κατεγέλων, αὐτὰς οἶμαι τὰς ὑπ' ἐμῇ νῦν εἰρημέναις κομίζοντες αἰτίας, καὶ μάρτυρας ἂν τὰς πλησιόχωρος παρείχοντο τῆς αὐτῶν ἀρχαιότητος. καὶ γὰρ τοίνυν πειράσσομαι τῆτο ποιεῖν. Αἰγυπτίοις γὰρ καὶ Φοίνεσι μάλιστ' ἀνὰ χρῆσομαι μάρτυσιν, ἐκ ἂν τινος ὡς ψευδῆ τὴν μαρτυρίαν διαβάλλειν δυσηθέτος. φαίνοντα γὰρ καὶ δὴ

vero postea atque Persae illis innotuerunt, postquam Asiae imperarunt, Persaeque praecipue, cum usque ad alteram continentem expeditiones fecissent; Thraces autem propter vicinitatem, et Scythae ab iis, qui in Pontum navigant, cogniti sunt: atque in vniuersum omnes, ad mare vel Orientale vel Hesperium habitantes, in eorum notitiam facilius venerunt, quibus in animo fuit historiae aliquid scribere. Superiora vero incolentes et procul a mari maximam in partem ignorati erant. Hoc idem et iis contigit, qui in Europa habitant. Siquidem Romanorum urbis, in tantam potentiam iam inde olim euectae, et tantas res bellicas prospere gerentis, neque Herodotus neque Thucydides quoquo modo meminissent, nec omnino alius eorum aequalis scriptor, sed sero et vix tandem eorum nomen in Graecia auditum. Gallorum etiam et Hispanorum res usque adeo ignotae iis fuerunt, qui accuratissimi scriptores fuisse videntur, in quibus est Ephorus, ut Iberos vnam ciuitatem esse existimauerit, cum tam late in occidentem fines eorum pateant: et ritus eorum, qui nec fuerunt, nec fuisse vquam dicti sunt, scribere, tanquam ita illis vterentur, non dubitarunt. Causa vero earum quidem rerum ignorantia fuit, quod illi secum ipsi viuerent commercia aliarum gentium auersantes; scriptorum vero mendacii, quod volebant illi quippiam ultra alios memoriae mandasse videri. Quomodo ergo mirari conuenit, si neque nostra gens plurimis erat nota, neque ad scribendum de se aliquam suppeditauit occasionem, tam longo scilicet intervallo disiuncta a mari, talibus vitae institutis sese accommodans.

13. Pone igitur nos argumento uti vel Graecorum, quod non sit genus eorum antiquum, eo quod nihil in libris nostris de iis dictum reperiatur. Nonne omnino nos risu exciperent, ipsas, ut arbitror, a me nunc allatas proferentes causas, et testes e vicinis regionibus adducerent antiquitatis suae. Igitur et ego hoc conabor efficere. Aegyptiis enim et Phoenicibus praecipue testibus utar, cum nemo eorum testimonio tanquam falso detrahere potuerit.

μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες, κοινῇ μὲν ἅπαντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι. περὶ μέντοι Χαλδαίων ἔκτετι δυναίμην ἂν ταυτὸ λέγειν, ἐπεὶ καὶ τῷ γένει ἡμῶν ἀρεχηγοὶ καθεστήκασιν, καὶ διὰ τὴν συγγένειαν ἐν ταῖς αὐτῶν ἀναγεγραφαῖς Ἰσθαίων μνημονεύουσιν. ὅταν δὲ τὰς περὶ τῶν πίσεις παράχῃ, τότε καὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραφέων ἀποφανῶ τῆς μνήμην Ἰσθαίων πεποιηκότας, ἵνα μηδὲ ταύτην ἔτι τὴν πρόφασιν οἱ βασκαίνοντες ἔχωσι τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀντιλογίας.

ιδ'. Λέξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ' Αἰγυπτίων γραμμάτων. αὐτὰ μὲν ἔν ἔχουσιν οἷόν τε παρατίθεσθαι κἀκείνων. Μανεθὼν δ' ἦν τὸ γένος ἀνὴρ Αἰγύπτιος, τῆς Ἑλληνικῆς μετεχρικῶς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι· γέγραφε γάρ Ἑλλάδι Φωνῇ τὴν πάτριον ἰστορίαν, ἔκ τε τῶν ἱερῶν, ὡς Φησιν αὐτὸς, μεταφράσας, καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον. αὐτὸς δὲ τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Αἰγυπτιακῶν ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει. παραθήσομαι δὲ τὴν λέξιν αὐτῆ, καθάπερ αὐτὸν ἐκείνον παραγαγὼν μάρτυρα. „ἐγένετο „βασιλεὺς ἡμῖν, Τίμαος ὄνομα. ἐπὶ τῷ τῷ ἔκ οὐδ' ὅπως ὁ „Θεὸς ἀντέπνευσεν, καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν „μερῶν, ἀνδρωποὶ τὸ γένος ἄσημοι, καταδαρσῆσαντες ἐπὶ „τὴν χώραν ἐσράτευσαν, καὶ ῥαδίως ἀμαχητὶ ταύτην κα- „τὰ κράτος εἶλον. καὶ τὰς ἡγεμονεύσαντας ἐν αὐτῇ χειρ- „σάμενοι, τὸ λοιπὸν τὰς τε πόλεις ὁμῶς ἐνέπρησαν, καὶ „τὰ ἱερὰ τῶν Θεῶν κατέσκαψαν. πᾶσι δὲ τοῖς ἐπιχωρίοις „ἐχθρότατά πῶς ἐχρήσαντο, τὰς μὲν σφάζοντες, τῶν δὲ „καὶ τὰ τέκνα καὶ γυναῖκας εἰς θάλασσαν ἄγοντες. πῆρας „δὲ καὶ βασιλεῖα ἓνα ἐξ αὐτῶν ἐποίησαν, ᾧ ὄνομα ἦν Σά- „λατις. καὶ ἔτος ἐν τῇ Μέμφιδι κατεγίνετο, τὴν τε ἄνω „καὶ κάτω χώραν δασμολογῶν, καὶ Φερεᾶν ἐν τοῖς ἐπι- „τηδειοτάτοις καταλείπων τόποις. μάλιστα δὲ καὶ τὰ πρὸς „ἀνατολὴν ἡσφαλίσατο μέρη, προορώμενος Ἀσσυρίων, τό- „τε μᾶλλον ἰχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῆς βασι-

Videntur enim et maxime in nos iniqui, communiter quidem omnes Ægyptii, Phoenicum vero Tyrii. De Chaldaeis autem nequaquam hoc idem dicere potero, quoniam et generis nostri principes exstiterunt, et propter cognationem in historiis suis Iudaeorum meminerunt. Cum vero de istis probationes afferam, tunc etiam istos Graecorum historicos memorabo, qui Iudaeorum mentionem fecere; ne quis eorum ex invidia et detractione huiusmodi occasionem arripiat nobis contradicendi.

14. Initium iam faciam ab Ægyptiorum literis. Ipsas quidem eorum literas ut proferam, fieri non potest. Manetho autem genere fuit Ægyptius, vir Graecam eruditionem assequutus, uti ex eo intelligitur, quod Graeco patriam historiam scripserit, eam, ut ipse profitetur, et sacris interpretatus libris; qui etiam Herodotum in multis conuicit de rebus Ægyptiacis per ignorantiam mentitum. Ille certe Manetho historiarum Ægyptiarum secundo ita de nobis scribit, (eius quippe verba proferre libet, ut qui ipsum illum pro teste producam): „Regem olim habuimus Timaeum, cuius tempore, cum nobis Deus, nescio, quo pacto, esset irator, ex partibus orientalibus homines ignobili genere illi quidem, sed tamen audaciae pleni; repentinum hanc in regionem impetum fecerunt, eamque facile admodum ac sine pugna subegerunt: atque principibus eius in suam potestatem redactis, de caetero et ciuitates crudeliter incenderunt, et Deorum templa euerterunt. Porroque in omnes indigenas inimicissime se gesserunt, alios quidem perimentes, aliorum vero et liberos et coniuges in seruitutem agentes. tandem vero vnum ex illis regem crearunt, cui nomen Salatis. Atque hic in Memphide versabatur, praeferens et superiorem et inferiorem tributariam faciens, praefidiaque in locis opportunissimis relinquens. Quin et maxime partes muniuit orientales, prospiciens Assyriis, tunc aliis populis potentioribus, futuram cupiditatem in-

ἡλίας ἐφόδῃ. οὐρῶν δὲ ἐν νομῷ τῷ Σαίτῃ πόλιν ἐπικαι-
 ροτάτην, κειμένην μὲν πρὸς ἀνατολὴν τῇ Βαβασίτῃ ποτα-
 μῷ, καλεμένην δ' ἀπὸ τινος ἀρχαίας θεολογίας Λύαριν,
 ταύτην ἐκτισέν τε, καὶ τοῖς τείχεσιν ὀχυρωτάτην ἐποίησεν,
 ἐνοικίσας αὐτῇ καὶ πληθος ὀπλιτῶν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσα-
 ρας μυριάδας ἀνδρῶν πρὸς Φυλακὴν. ἐνθάδε κατὰ θέ-
 ρειαν ἤρχετο, τὰ μὲν σιτομετρῶν καὶ μισθοφορίαν παρε-
 χόμενος, τὰ δὲ καὶ ταῖς ἐξοπλισίαις πρὸς φόβον τῶν ἑξ-
 ῶθεν ἐπιμελῶς γυμνάζων. ἄρξας δ' ἐνσεκαίδεκα ἔτη τοῦ
 βίου ἐτελεύτησεν. μετὰ τῆτον δὲ ἕτερος ἐβασίλευσεν τέσ-
 σαρα καὶ τετταράκοντα ἔτη, καλεόμενος Βηών. μεθ' οὗ ἄλ-
 λος Ἀπαχιάς, ἐξ καὶ τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνας ἑπτὰ. ἔτη
 δὲ καὶ Ἀπωφίς ἐν καὶ ἐξήκοντα, καὶ Ιαίνας πεντήκο-
 ντα καὶ μῆνα ἓνα. ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ Ἀσσις ἐνέα καὶ τεσσα-
 ράκοντα καὶ μῆνας δύο. καὶ ἔτοι μὲν ἐξ ἐν αὐτοῖς ἐγενή-
 θησαν πρῶτοι ἄρχοντες, πολεμῶντες αἰὲ καὶ ποθόντες
 ἡμᾶλλον τῆς Αἰγύπτου ἐξᾶραι τὴν ῥίζαν. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ
 σύμπαν αὐτῶν ἔθνος ΤΚΣΩΣ, τῷτο δὲ ἐστὶ βασιλεῖς ποιμέ-
 νους. τὸ γὰρ ΤΚ καθ' ἰσραὴν γλῶσσαν βασιλεῖα σημαίνει,
 τὸ δὲ ΣΩΣ ποιμὴν ἐστὶ καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διά-
 λεκτον, καὶ ἔτω συντιθέμενον γίνεται ΤΚΣΩΣ. τινὲς δὲ
 λέγουσιν αὐτὸς Ἀραβας εἶναι." ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ ἡ
 βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς τῇ ΤΚ προσηγορίας, ἀλλὰ
 πᾶν αντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας. τὸ γὰρ ΤΚ
 πάλιν Αἰγυπτιαστὶ καὶ τὸ ΑΚ δασιυόμενον, αἰχμαλώτους
 ῥητῶς μὲν. καὶ τῷτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται,
 καὶ παλαιᾶς ἰστορίας ἐχόμενον. ἡ γὰρ τῶν προκατα-
 ρωμένων βασιλέων τῶν τῶν ποιμένων καλεμένων, καὶ τῶν
 ἐξ αὐτῶν γινομένων, κρατήσας τῆς Αἰγύπτου Φησίον ἔτη
 πρὸς τοὺς πεντακοσίοις ἑνδεκα. μετὰ ταῦτα δὲ, τῶν ἐκ τῆς
 Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι Φη-
 σίον ἐπὶ τῶν ποιμένων ἐπανάστασιν, καὶ πόλεμον αὐτοῖς συ-
 ῥαγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. ἐπὶ δὲ βασιλείᾳ, ᾧ ὄνο-
 μα εἶναι Διολαφραγμῶθωσις, ἡττημένους Φησί τῶν ποιμῆ-

„vadendi illud ipsum regnum. Cum nactus esset in
 „Saïte nomo ciuitatem opportunissimam ad orientem
 „fluuii Bubastitæ sitam, quæ vero ab antiquis theolo-
 „gis Auaris appellabatur, et ipsam ædificauit et muris
 „firmissimis communaluit, postquam illic collocasset ad
 „custodiam eius armatorum multitudinem vsque ad
 „CCXL. millia virorum. Illic veniebat aestatis tempo-
 „re, tam vt frumenta meteret et conductitiis merce-
 „dem solueret, quam vt armatos ad terrorem extraneo-
 „rum diligenter exercebat. Cum autem regnasset an-
 „nis XIX, vitam finiuit. Post hunc etiam regnauit al-
 „ter annis XLIV, Bëon nomine. Post quem alius
 „Apachnas nomine, annis XXXVI. et mensibus VII.
 „Dein etiam Apophis LXI, et Iantias L. et mense vno.
 „Post omnes autem Assis annis XLIX. et mensibus II.
 „Et isti quidem sex inter eos fuere primi principes,
 „bellum semper gerentes, et maxime Ægyptum radi-
 „citus extinguere cupientes. Vocabatur autem gens
 „eorum vniuersa Hycsos, id est Reges pastores. Hyc
 „enim in sacra lingua Regem sonat, Sos vero pasto-
 „rem siue pastores secundum dialectum communem,
 „vnde vox composita Hycsos. Sunt autem, qui Ara-
 „bas illos exstitisse dicant.” In alio autem exemplari
 „nomine illo Hycsos non Reges significari comperi,
 „sed e diuerso captiuos pastores indicari. Hyc enim
 „iterum Ægyptiaca lingua, et HAC cum adspiratione,
 „captiuos proprie nominatimque significat. Atque id
 „mihi verisimilius videtur, et magis cum antiqua hi-
 „storia consentiens. „Illos autem Regum olim Pasto-
 „rumque nomine appellatos, illorumque posteros Æ-
 „gyptum in sua potestate habuisse dicit, annis circiter
 „XI. supra quingentos. tum vero susceptam aduersus
 „pastores a Thebaidis ac reliquæ Ægypti regibus ex-
 „peditionem, bellumque graue ac diuturnum inter
 „iplos conflatum fuisse. Sub rege autem, cui Alis-
 „fraginuthosis nomen erat, debellatos Pastores illos,

„νας ὑπ' αὐτῷ, ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου πάσης ἐκπε-
 „σῆν, κατακληιδῆναι δ' εἰς τόπον, ἀρεῶν ἔχοντα μυρίων
 „τὴν περιμέτρον. Αὐαριν ὄνομα τῷ τόπῳ. τῷτον Φησὶν ὁ
 „Μανεθὼν ἅπαντα, τέχῃ τε μεγάλῃ καὶ ἰχυρῷ περιβα-
 „λεῖν τῆς ποιμένας, ὅπως τὴν τε κτήσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν
 „ὀχυρῷ, καὶ τὴν λεῖαν τὴν ἑαυτῶν. τὸν δὲ Αἰλισφραγμα-
 „θωσείας υἱὸν Θάμμωσιν ἐπιχειρήσας μὲν αὐτὰς διὰ πολιορ-
 „κίας ἐλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτῶ καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι
 „προσεδρεύσαντα τοῖς τέχισιν· ἐπεὶ δὲ τῆς πολιορκίας
 „ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἶγυπτον ἐκλε-
 „πόνους ὅποι βέλονται πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. τῆς
 „δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμολογίαις πανοικισία μετὰ τῶν κτήσεων ἐκ
 „ἐλάττω μυριάδων ὄντας εἴκοσι καὶ τεσσαρῶν ἀπὸ τῆς Αἰ-
 „γύπτου τὴν ἐρημον εἰς Συρίαν ὁδοιπορήσας. Φοβημένους δὲ
 „τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν, τότε γὰρ ἐκείνης τῆς Ἀσίας κρα-
 „τῆν, ἐν τῇ νῦν Ἰσθαία καλεσμένη πόλιν οἰκοδομησαμένους
 „τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρέσασσαν, Ἱεροσόλυμα
 „ταύτην ὀνομάσας. ἐν ἄλλῃ δὲ τινὶ βίβλῳ τῶν Αἰγυπτια-
 „κῶν Μανεθὼν τῷτον Φησὶν ἔθνος τῆς καλεσμένης ποιμένας,
 „αἰχμαλώτους ἐν ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγραφθαι,
 „λέγων ὁρθῶς. καὶ γὰρ τοῖς ἀνωτάτω προγόνοις ἡμῶν τὸ
 „ποιμαίνειν πάτριον ἦν, καὶ νομαδικὸν ἔχοντες τὸν βίον, ὥτως
 „ἐκαλῶντο ποιμένες. αἰχμαλῶτοί τε πάλιν ἐκ ἀλόγως ὑπὸ
 „τῶν Αἰγυπτίων ἀνεγράφησαν, ἐπειδὴ περὶ ὁ πρόγονος ἡμῶν
 „Ἰώσηπος ἑαυτὸν ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων αἰχ-
 „μάλωτον εἶναι, καὶ τῆς ἀδελφῆς εἰς τὴν Αἶγυπτον ὕψιστον
 „μετεπέμψατο, τῷ βασιλεῶς ἐπιτρέψαντος. ἀλλὰ περὶ
 „μὲν τῶτων ἐν ἄλλοις ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν.

ιβ'. Νυνὶ δὲ τῆς ἀρχαιότητος ταύτης παρατίθεμαι τῆς
 Αἰγυπτίας μάρτυρας. πάλιν ἔν τὰ τῷ Μανεθῶνος, πῶς
 ἔχει πρὸς τὴν τῶν χρόνων τάξιν, ὑπογράψω. Φησὶ δὲ ὅτι
 „μετὰ τὸ ἐξελεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὸν λαὸν τῶν ποιμένων εἰς
 „Ἱεροσόλυμα, ὁ ἐκβαλὼν αὐτὰς ἐξ Αἰγύπτου βασιλεὺς
 „Τέθμωνις, ἐβασίλευσεν μετὰ ταῦτα ἔτη εἴκοσι πέντε

„ac reliqua Ægypto pulsos, vnum in locum inclusos esse
 „tradit, cuius ambitus decem iugerum millia contine-
 „ret. Auaris locus ille dicebatur. Hunc Manetho dicit
 „vniuersum a Pastoribus ingenti validoque muro septum
 „ac munitum, vt, quicquid sibi fortunarum esset ac prae-
 „dae, id omne tutum ac securum habere possent. At ve-
 „ro Alisfragnuthoseos filium Thummosin CCCCLXXX.
 „millium hominum exercitu muros obsedis, atque
 „iplos per vim expugnare conatum illum quidem; sed;
 „obsidionis exitu desperato, cum iisdem ea conditione
 „pepigisse, vti, Ægypto relicta, omnes quocunque vel-
 „lent sine villo suo detrimento comunigrarent. Eos igi-
 „tur cum vniuersis familiis atque omni possessione sua,
 „vti per ictum foedus poterant, haud pauciores CCXL.
 „millibus ab Ægypto per solitudinem in Syriam teten-
 „disse. Quod autem sibi ab Assyriorum principatu me-
 „tuerent, (tum enim Asiam tenebant) in ea, quam hodie
 „Iudaeam appellamus, regione urbem aedificasse, quae
 „tot hominum millia caperet, eandemque Hierosolyma
 „nominasse.” In alio vero quodam de rebus Ægyptia-
 „cis libro Manetho dicit: „hanc ipsam gentem Pastores ap-
 „pellatam, captiuos in sacris suorum libris haberi;” id-
 „que recte. Nam antiquis progenitoribus nostris patrium
 „erat greges pascere: et pascualem agentes vitam, inde
 „Pastores vocabantur. rursusque captiui non temere in
 „Ægyptiorum libris dicti sunt, quoniam progenitor noster
 „Iosephus dixit ad Ægyptiorum regem, se captiuum esse,
 „et postea fratres in Ægyptum euocauit regis permissu.
 „Sed de istis quidem alibi inquisitionem faciemus diligen-
 „torem.

15. Nunc autem huius antiquitatis testes producam
 „Ægyptios. Itaque rursus ea, quae tradidit Manetho, ad
 „quod tempus referantur, subiiciam. Sic enim ait: „Post-
 „quam ex Ægypto egressus est Pastorum populus ad Hie-
 „rosolyma, qui illos ex Ægypto pepulit rex nomine
 „Tethmosis, postea regnavit annis viginti et quinque, et

„καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἐτελεύτησεν, καὶ παρέλαβε τὴν
 „ἀρχὴν αὐτῷ υἱὸς Χέβρων ἔτη δεκατρία. μεθ' ὃν Ἀμένω-
 „φισ εἴκοσι καὶ μῆνας ἑπτά. τῷ δὲ ἀδελφῇ Ἀμισσῆς εἴκο-
 „σιν καὶ μῆνας ἑννέα. τῆς δὲ Μήφρης δώδεκα καὶ μῆνας
 „ἑννέα. τῷ δὲ Μηφραμύθωσις εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας δέ-
 „κα. τῷ δὲ Θμῶσις ἑννέα καὶ μῆνας ὀκτώ. τῷ δ' Ἀμένω-
 „φισ τριακοντα καὶ μῆνας δέκα. τῷ δὲ Ὠρος τριακονταῖξ
 „καὶ μῆνας πέντε. τῷ δὲ Θυγάτῃς Ἀκρυχρῆς δώδεκα καὶ
 „μῆνα ἓνα. τῆς δὲ Ράθωτις ἀδελφὸς ἑννέα. τῷ δὲ Ἀκρυ-
 „χρῆς δώδεκα καὶ μῆνας πέντε. τῷ δὲ Ἀκρυχρῆς ἕτερος
 „δώδεκα καὶ μῆνας τρεῖς. τῷ δὲ Λεμαῖς τέσσαρα καὶ μῆνα
 „ἓνα. τῷ δὲ Ραμέσσης ἓν καὶ μῆνας τέσσαρας. τῷ δὲ Λε-
 „μέσσης Μιαμμῷ ἑξηκονταῖξ καὶ μῆνας δύο. τῷ δὲ Ἀμέ-
 „νωφισ δέκα καὶ ἑννέα καὶ μῆνας ἕξ. τῷ δὲ Σέθωσις, καὶ
 „Ραμέσσης, ἰππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δύναμιν. ὅτος τὸν
 „μὲν ἀδελφὸν Λεμαῖν ἐπίτροπον τῆς Αἰγύπτου κατέστησεν,
 „καὶ πᾶσαν μὲν αὐτῷ τὴν ἄλλην βασιλικὴν περιέθηκεν
 „ἐξουσίαν, μόνον δὲ ἐντείλατο διάδημα μὴ φορεῖν, μηδὲ
 „τὴν βασιλῖδα μητέρα τε τῶν τέκνων ἀδικεῖν, ἀπέχεσθαι
 „δὲ καὶ τῶν ἄλλων βασιλικῶν παλλακίδων. αὐτὸς δὲ ἐπὶ
 „Κύπρον καὶ Φοινίκην καὶ πάλιν Ἀσσυρίως τε καὶ Μήδης
 „στρατεύσας, ἅπαντας, τὰς μὲν δόρατι, τὰς δὲ ἀμαχητὶ,
 „φόβῳ δὲ τῆς πολλῆς δυνάμεως, ὑποχειρίως ἔλαβε· καὶ
 „μέγα Φρονήσας ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις, ἔτι καὶ Θαρσαλίου-
 „ντερον ἐπορεύετο, τὰς πρὸς ἀνατολὰς πόλεις τε καὶ χώρας
 „καταστρεφόμενος. χρόνῳ τε ἰκανῷ γεγονότος, Λεμαῖς ὁ
 „καταλειφθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ, πάντα τῷ μπαλιν, οἷς ἀδελφὸς
 „παρήκει μὴ ποιῖν, ἀδελῶς ἐπραττεν. καὶ γὰρ τὴν βασιλῖ-
 „δα βιαίως ἔχεν, καὶ ταῖς ἄλλαις παλλακίσιν ἀφῆδως
 „διετέλει χρώμενος. πενθόμενος δὲ ὑπὸ τῶν φίλων διαδή-
 „μα ἐφόρει, καὶ ἀντήρε τῷ ἀδελφῷ. ὁ δὲ τεταγμένος ἐπὶ
 „τῶν ἱερῶν τῆς Αἰγύπτου, γράψας βιβλίον ἐπεμψε τῷ Σε-
 „θῶσι, δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ὅτι ἀντήρεν ὁ ἀδελφός
 „αὐτῷ Λεμαῖς. παραχρῆμα ἔν ὑπέστρεψεν εἰς Πηλῶσιον,

mensibus quatuor, et defunctus est: regnumque sibi
 vindicauit filius eius Chebron per annos tredecim. Post
 quem Amenophis, annis viginti et mensibus vii. huius
 autem soror Amesses, xxi. et mensibus ix. post hanc
 Mephres annis xii. et mensibus ix. post hunc Mephra-
 muthosis annis xxv. et mensibus x. post eum Thmo-
 sis annis ix. et mensibus viii. post eum Amenophis an-
 nis xxx. et mensibus x. post eum Orus annis xxxvi.
 et mensibus v. Huius autem filia Acenchres annis xii.
 et mense i. post eam frater Rathotis annis ix. post hunc
 Acencheres annis xii. et mensibus v. post hunc Acen-
 cheres alter annis xii. et mensibus iii. post hunc Ar-
 mais annis iv. et mense i. post hunc Ramesse anno i.
 et mensibus iv. post hunc Armesse Miammi annis
 lxxvi. et mensibus ii. post hunc Amenophis annis xix.
 et mensibus vi. post hunc Sethosis, et Ramesse, qui
 plurimas copias habuit equestres et nauales. Hic fra-
 trem quidem Armaïn procuratorem Ægypti constituit,
 et aliam ei omnem regalem contulit potestatem, tan-
 tummodo autem ei iniunxit, ne coronam gestaret, ne-
 que reginam matremque liberorum iniuria afficeret, in-
 superque, vt abstineret ab aliis regalibus concubinis.
 Ille vero in Cyprum et Phoenicem, rursusque in Assy-
 rios et Medos expeditione suscepta, vniuersos, alios
 quidem ferro, alios vero sine pugna magnae suae po-
 testatis terrore sibi subiugauit: atque prospero rerum
 successu valde elatus, aliquanto audacius progredieba-
 tur, orientales vrbes et prouincias subuertendo. Mul-
 toque post tempore, Armaïs, qui in Ægypto fuerat re-
 lictus, omnia contra, quam frater monuerat, ne faceret,
 sine timore faciebat. Nam et reginae vim inferebat,
 aliisque concubinis ad libitum misceri non cessabat: per-
 suasusque ab amicis corona utebatur, et contra fratrem
 insurgibat. Is vero, qui constitutus erat super sacra
 Ægyptiaca, codicillos Sethosi misit, eum de omnibus
 certiore faciens, quodque frater ipsius Armaïs contra
 eum bellum mouebat. Illico igitur Pelusium reuersus est,

„καὶ ἐκράτησεν τῆς ἰδίας βασιλείας. ἡ δὲ χώρα ἐκλήθη
 „ἀπὸ τῆ αὐτῆς ὀνόματος Αἴγυπτος. λέγει γάρ, ὅτι ὁ μὲν
 „Σέθωσις ἐκαλεῖτο Αἴγυπτος, Ἀρμαῖς δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς
 „Δαναός.

15'. Ταῦτα μὲν ὁ Μανεθών. δῆλον δὲ εἶναι ἐκ τῶν εἰ-
 ρημένων ἐτῶν τῇ χρόνῃ συλλογισθέντος, ὅτι οἱ καλόμενοι
 ποιμένες, ἡμετέροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐνετήκοντα καὶ
 τριακοσίοις πρῶθεν ἔτessin, ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέν-
 τες, τὴν χώραν ταύτην ἀπέκησαν, ἣ Δαναὸν εἰς Ἀργεὺς
 ἀφικέσθαι. καίτοι τῶτον ἀρχαιότατον Ἀργεῖοι νομίζουσι.
 δύο τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαστύρηκεν ἐκ
 τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἐτέρω-
 θεν ἀφίξιν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλα-
 γὴν, ὅπως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις. ὡς ἐγγύς περ προτερῆν
 αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔττει χιλίοις. ὑπὲρ ὧν δ' ὁ Μανεθὼν
 ἐκ ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων, ἀλλ', ὡς αὐτὸς
 ὁμολόγηκεν, ἐκ τῶν ἀδικοτάτως μυθολογημένων προσέθε-
 κεν, ὅσων ἐξελέγξω κατὰ μέρος, ἀποδεικνύς τὴν ἀπίθα-
 νον αὐτῆ ψευδολογίαν.

16'. Βέλομαι τοίνυν ἀπὸ τούτων ἔτι μετελθεῖν ἐπὶ τὰ
 παρὰ τοῖς Φοίνιξιν ἀναγεγραμμένα περὶ τῆ γενέσεως ἡμῶν,
 καὶ τὰς ἐξ ἐκείνων μαρτυρίας παραχρῆν. ἔστι τοίνυν παρὰ
 Τυρίοις πολλῶν ἐτῶν γράμματα, δημοσία γεγραμμένα,
 καὶ πεφυλαγμένα λίαν ἐπιμελῶς, περὶ τῶν παρ' αὐτοῖς
 γενομένων καὶ πρὸς ἀλλήλους πραχθέντων μνήμης ἀξίων.
 ἐν τέτοις γέγραπται, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ὠκοδομήθη ναὸς
 ὑπὸ Σολομῶνος τῇ βασιλείᾳ, ἔττει θάττον ἑκατὸν τετ-
 σαράκοντα καὶ τρισὶν καὶ μισὶν ὀκτῶ τῇ κτίσει Τυρίους
 Καρχηδόνα, ἀνεγράφη δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τῆ ναὸς κατα-
 σκευὴ τῇ παρ' ἡμῖν. Εἴρωμος γάρ ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς
 Φίλος ἦν τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν Σολομῶνος, πατρικὴν πρὸς
 αὐτὸν Φιλίαν διαδεδεδυμένος. αὐτὸς δὲ συμφιλοτιμύμενος
 εἰς τὴν τῇ κατασκευάσματος τῷ Σολομῶνι λαμπρότητα,
 χρυσὸν μὲν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἔδωκε τάλαντα· τεμνὸν δὲ

„et proprium tenuit regnum. Prouincia vero ex eius nomine appellata est Ægyptus. dicit enim, quod Sethosis quidem Ægyptus vocabatur, Armaïs autem frater eius „Danaus.

16. Atque hæc quidem Manetho. Ergo si tempus ad initam annorum istorum rationem exigemus, constabit omnino, quos Pastores ipsi vocabant, maiores nostros, annis ante tribus nonaginta supra trecentos, ubi ex Ægypto migrassent, regionem illam insedissee, quam Danaus Argos venisset, qui tamen ab Argiuis pro antiquissimo celebratur. Ita duo nobis eaque sane præcipua, hoc Manethonis, quod Ægyptiarum literarum fidem sequitur, testimonio confecta sunt: alterum eos in Ægyptum aliunde profectos esse; alterum indidem ipsos alio commigrasse, quod etiam posterius adeo vetustum, vt Troiana tempora annis prope mille antecederet. Ista vero, quæ Manetho non ex literis Ægyptiacis, sed (sicut ipse professus est) ab incertis auctoribus memorata, adiecit, postea particulatim excutiam, ea mendacia esse ostendens sine verisimilitudine conficta.

17. Volo itaque ab istis etiam nunc transire ad ea, quæ apud Phoenicas de nostro genere conscripta sunt; et in hanc rem testimonia ex illis afferam. Apud Tyrios sane literæ sunt a multis annis consignatæ publicis monumentis, et magna cum cura adseruatae, ad ea spectantes, quæ memoria digna ab illis gesta erant, et cum aliis intercesserant. In istis scriptum est, a Solomone rege Hierosolymis templum fuisse constructum, annis CXLIII. et mensibus octo, priusquam a Tyriis Carthago aedificaretur, atque in illis templi nostri apparatus descriptus legitur. Hiromus enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Solomonis, patris in amicitia cum eo inita successor. Is itaque suam Solomoni munificentiam exhibens ad claritatem fabricæ, auri quidem talenta centum et viginti donauit; cumque pulcherrimam syluam

καλλίστην ἔλκην ἐκ τῆ ὄρας, ἃ καλεῖται Λίβανος, εἰς τὸν ὄρη-
 Φον ἀπέστειλεν. ἀντεδωρήσατο δὲ αὐτῷ ὁ Σολομὼν ἄλλοις
 τε πολλοῖς, καὶ γῆ κατὰ χώραν τῆς Γαλιλαίας τῇ Χαβυ-
 λῶν λεγομένη. μάλιστα δὲ αὐτῆς εἰς Φιλίαν τῆς σοφίας
 συνῆγεν ἐπιθυμία· προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέ-
 σιλλον λύειν κειεύοντες, καὶ κρείττων ἐν ταῖς ἦν ὁ Σολο-
 μὼν, καὶ τᾶλλα σοφώτερος. σῶζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ
 τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν, ἃς ἐκείνοι πρὸς ἀλλή-
 λους ἔγραψαν. ὅτι δ' ὁ λόγος ἐστὶν ὑπ' ἐμῆ συγκείμενος, ὁ
 περὶ τῶν παρὰ τοῖς Τυρίοις γραμμάτων, παραθήσομαι
 μάρτυρα Διόν, ἄνδρα περὶ τὴν Φοινικικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γε-
 γονέναι πεπιστευμένον. ἕτος τοίνυν ἐν ταῖς περὶ Φοινικανῶν ἱστο-
 ρίαις γράφει τὸν τρόπον τῆτοι· „Αβιβάλῃ τελευτήσαντος,
 „ὁ υἱὸς αὐτῆς Εἰρωμὸς ἐβασίλευσεν. ἕτος τὰ πρὸς ἀνατο-
 „λὰς μέρη τῆς πόλεως προσέχωσεν, καὶ μῆζον τὸ ἄστυ
 „πεποίηκεν, καὶ τῷ Ολυμπίῳ Διὶ τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὄν
 „ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ
 „χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν· ἀναβάς δὲ εἰς τὸν Λί-
 „βανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευὴν. τὸν δὲ
 „τυραννῆντα Ιεροσολύμων Σολομῶνα πέμψαι Φασὶ πρὸς
 „τὸν Εἰρωμον αἰνύματα, καὶ παρ' αὐτῆ λαβεῖν ἀξίῳ·
 „τὸν δὲ μὴ δυνθέντα διακρίναι, τῷ λύσαντι χεῖρματα
 „ἀποτίναι. ὁμολογήσαντα δὲ τὸν Εἰρωμον, καὶ μὴ δυνθ-
 „έντα λύσαι τὰ αἰνύματα, πολλὰ τῶν χερμάτων εἰς τὸ
 „ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. εἴτα δὴ Αβδημόνον τινα Τύριον ἄν-
 „δρα τὰ προτεθέντα λύσαι, καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλὼν.
 „ἃ μὴ λύσαντα τὸν Σολομῶνα, πολλὰ τῷ Εἰρωμῶι προσά-
 „ποτίσαι χεῖρματα.” Διὸς μὲν ἔτω περὶ τῶν προειρημένων
 ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

ιη'. Ἀλλὰ πρὸς τῷ παραθήσομαι Μένανδρον τὸν
 Εφέσιον. γέγραφε δὲ ἕτος τὰς ἐφ' ἑκάστη τῶν βασιλέων
 πράξεις παρὰ τοῖς Ἑλλήσι καὶ βαρβάροις γενομένας, ἐκ
 τῶν παρ' ἐκείνοις ἐπιχωρίων γραμμάτων σπυδάσας τὴν
 ἱστορίαν μαθεῖν. γράφων δὲ περὶ τῶν βασιλευκῶτων ἐν

ex monte, cui nomen Libanus, excidisset, lignum ad tecti contignationem misit: Solomon vero donis aliis quamplurimis eum remuneratus est, et terra in Galilaeae regione, quae Chabulon dicitur. Praecipue autem illos sapientiae studium ad inuicem constrinxit. Problemata enim soluenda mutuo mittebant, et in his superior usquequaque erat Solomon, inque caeteris sapientia praestare visus est. Haecenus vero plures ex epistolis ad se inuicem scriptis apud Tyrios asseruantur. Quod autem sermo de Tyriorum literis a me non fingitur, testem producam Dium, virum, qui Phoenicum historiam accurate scripsisse creditur. Ille igitur sua de Phoenicibus narratione in hunc modum scribit: „Abibalo viuis erepto, „filius eius Hiromus regnavit. Hic partes urbis orientales aggere cinxit et ampliorem eam reddidit; et Olympii Iouis templum, ab omni vicinarum aedium strueseiunctum et in insula positum, aggere interiecto copulavit urbi, et aureis donariis exornauit, adscendensque in Libanum materiam incidit ad fanorum constructionem. Regem autem Hierosolymorum Solomonem ad eum aiunt aenigmata misisse et ab eo alia repoposcisse ea lege, ut, qui dissoluere non posset, dissoluenti multae nomine pecunias penderet. Quam conditionem cum Hiromus accepisset, nec soluere ambages potuisset, multam ingentem pecuniarum pependisse. Post verum quendam Tyrium nomine Abdemonum existisse, qui problemata proposita solueret aliaque inuicem proponeret: quae cum Solomon non soluisset, pecunias multas Hiromio insuper rependisse.” Ita quidem Dius de iis, quae iam diximus, testatus est.

18. Sed et Menandrum Ephesium huic adiungam. Is enim singulorum regum tempore res gestas apud Graecos Barbarosque memoriae mandabat, ex vernaculis cuiusque prouinciae vel gentis actis, studens historiae veritatem pandere. De iis itaque, qui

Τύρῳ, ἔπειτα γινόμενος κατὰ τὸν Εἰρώμον, ταῦτα Φησί·
 „τελευτήσαντος δὲ Αβιβάλης, διεδέξατο τὴν βασιλείαν
 „ὁ υἱὸς αὐτῆς Εἰρώμος, ὃς βιώσας ἔτη πενήκοντα τρία ἔβα-
 „σίλευσεν ἔτη τριάκοντα τέσσαρα. ὅτος ἔχωσε τὸν εὐρύ-
 „χωρον, τὸν τε χρυσῆν κίονα τὸν ἐν τοῖς τῷ Διὸς ἀνέθηκεν·
 „ἔτι τε ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν, ἀπὸ τῆς λεγομένης ὄρης
 „Λιβάνη, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν σέβας· καθελὼν
 „τε τὰ ἀρχαῖα ἱερὰ καὶ νῆας ὠκοδόμησε, τό, τε τῷ Ηρα-
 „κλέους καὶ τῆς Ἀσάρτης τέμενος ἀνέρευσεν, καὶ τὸ μὲν τῷ
 „Ηρακλέους πρῶτον ἐποίησατο ἐν τῷ Περιτίῳ μηνί, εἴτα τὸ
 „τῆς Ἀσάρτης, ὁπότε Τιτυοῖς ἐπισεράτευσεν, μὴ ἀποδιδῶσι
 „τῆς Φόρης. ὃς καὶ ὑποτάξας ἑαυτῷ πάλιν ἀνέστρεψεν. ἐπὶ
 „τάτῃ δὲ τις ἦν Αβδήμονος παῖς νεώτερος, ὃς ἐνίκα τὰ προ-
 „βλήματα, ἃ ἐπέτασσε Σολομὼν ὁ Ἱεροσολύμων βασιλεὺς.
 „Ψηφίζεται δὲ ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς τῷ βασιλείῳς ἄχρι τῆς Καρ-
 „χιδόνης κτίσεως ὅτως· „τελευτήσαντος Εἰρώμου, διεδέξατο
 „τὴν βασιλείαν Βαλεάζαρος ὁ υἱὸς, ὃς, βιώσας ἔτη τισσα-
 „ράκοντα τρία, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ. μετὰ τῆτον Αβδά-
 „σαρτες ὁ αὐτῆς υἱὸς, βιώσας ἔτη εἴκοσιν ἐννέα, ἐβασίλευσεν.
 „ἔτη ἐννέα. τῆτον οἱ τῆς τρεοῦς αὐτῆς υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβ-
 „λεύσαντες ἀπώλεσαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη
 „δεκαδύο. μεθ' ὃς Ἀσαρτος ὁ Δελαιασάρτης, ὃς, βιώσας
 „ἔτη πενήκοντα τέσσαρα, ἐβασίλευσεν ἔτη δώδεκα. μετὰ
 „τῆτον ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς Ἀσέρυμος, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ
 „πεντήκοντα, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. ὅτος ἀπώλετο ὑπὸ τῷ
 „ἀδελφῷ Φέλῃ, ὃς λαβὼν τὴν βασιλείαν ἤρξε μῆνας
 „ὀκτώ, βιώσας ἔτη πενήκοντα. τῆτον ἀνείλεν Εὐθάβαλος
 „ὁ τῆς Ἀσάρτης ἱερεὺς, ὃς, βασιλεύσας ἔτη τριακονταδύο,
 „ἐβίωσεν ἔτη ἑξηκονταοκτώ. τῆτον διεδέξατο Βαδίζωρος
 „υἱὸς, ὃς, βιώσας ἔτη τεσσαρακονταπέντε, ἐβασίλευσεν ἔτη
 „ἑξ. τῆς διαδόχος γέγονε Μάτγηνος ὁ υἱὸς, ὃς, βιώσας
 „ἔτη τριακονταδύο, ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. τῆς διαδόχος
 „γέγονε Φυγμαλίων, βιώσας δ' ἔτη πενήκονταἑξ, ἐβασί-
 „λευσεν ἔτη τεσσαρακονταεπτὰ. ἐν δὲ τῷ ἐπ' αὐτῆς ἐβδά-

in Tyro regnarunt, scribens, et deinde veniens ad Hi-
 romum regem, ista dicit: „Abibalo vita functo, Hiro-
 mus filius eius regnum accepit, qui regnavit annos
 „xxxiv, vita ad annum liii. producta. Hic aggere
 „vastum, qui dicitur, locum exaequavit; praetereaque
 „auream columnam in Iouis templo collocavit: et ad
 „lignorum sylvam profectus, e monte Libano appel-
 „lato construendis templorum tectis cedros excidit; de-
 „molitusque antiqua delubra, nova templa aedificavit,
 „Herculisque et Astartae fana consecravit, primumque
 „Herculis templum fecit in mense Peritio, deinde
 „Astartae, quando bellum movit aduersus Tityos, quod
 „tributa illis imperata non soluerint: quos cum sibi
 „etiam iterum subiecisset, reuersus est. Huius aetate
 „quidam Abdemonis filius iunior clarebat, qui proble-
 „mata, quae Solomon rex Hierosolymorum explicari
 „iussit, ingenio semper superabat.” Supputatur vero
 tempus ab hoc rege vsque ad constructionem Cartha-
 ginis, hoc modo: „Hiromo defuncto, in eius regnum
 „successit Baleazarus eius filius, qui, cum vixisset an-
 „nis xliii, septem regnavit annis. Post hunc Ab-
 „dastartus illius filius, vita exacta annorum xxix. re-
 „gnavit nouem. Hunc nutricis suae filii quatuor in-
 „sidiis peremerunt, quorum senior regnavit annis xii.
 „Post quos Astartus filius Delaeastarti regnavit, qui
 „vixit annis liv, regnavit annis xii. Post hunc
 „frater eius Aserymus, qui vixit annis liv, regnavit
 „annis nouem. Hic a fratre Phelete interfectus est,
 „qui, regno suscepto, mensibus imperavit octo, cum
 „vixisset annis l. Hunc interfecit Ithobalus Astartae
 „sacerdos, qui, cum vixisset annis lxxviii, regnavit
 „annis xxxii. Huic successit Badezorus filius, qui,
 „cum vixisset annis xlv, regnavit annis sex. Huic
 „successor factus est Matgenus eius filius, qui cum
 „vixisset annis xxxii. nouem regnavit annis. Huic
 „successit Pygmalion, qui vixit annis lvi, et regnum
 „tenuit xlvii. Huius regni anno septimo soror eius

πρωῖται, ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς Φυγῦσα, ἐν τῇ Λιβύῃ πόλιν ὠκοδόμησε Καρχηδόνα." συνάγεται δὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ τῆς Εἰρώμης βασιλείας ἄχρι Καρχηδόνης κτίσεως, ἔτη ενὲ μῆνες ἦ'. ἐπεὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμης βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ὠκοδομήθη ὁ ναὸς, γέγονεν ἔν ἀπὸ τῆς οἰκοδομῆσεως τῆς ναὸς ἄχρι Καρχηδόνης κτίσεως, ἔτη ἑκατὸν τισσαράκοντα τρία, μῆνες ὀκτώ. τῆς μὲν ἔν παρα Φοινίκῃ μαρτυρίας τί δεῖ προσθεῖναι πλείω; βλέπεται γὰρ τὰ ληθὲς ἰχυρῶς ὠμολογημένον. καὶ πολὺ δήπρᾳ προάγει τῆς τῆς νεῶ κατασκευῆς ἢ τῶν προγόνων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν ἀφίξις. ὅτε γὰρ αὐτὴν πᾶσαν πολέμῳ παρέλαβον, τότε τὸν νεῶν κατασκεύασαν. καὶ ταῦτα σαφῶς ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπ' ἐμῶς δεδήλωται διὰ τῆς ἀρχαιολογίας.

Ἰθ'. Λέξω δὲ ἱὺν ἤδη τὰ παρὰ Χαλδαίοις ἀναγγραμμένα καὶ ἰσορρέμενα περὶ ἡμῶν, ἅπερ ἔχει πολλὴν ὁμολογίαν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τοῖς ἡμετέροις γράμμασι. μαίετος δὲ τῶν Βηρωσσός, ἀνὴρ Χαλδαῖος μὲν τὸ γένος, γινώριμος δὲ τοῖς περὶ παιδείαν ἀναστρεφόμενοις, ἐπειδὴ περὶ τε ἀστρονομίας, καὶ περὶ τῶν παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφμένων αὐτὸς εἰς τὰς Ἑλλήνας ἐξήνεγκε τὰς συγγραφάς. ὅτις τοίνυν ὁ Βηρωσσός ταῖς ἀρχαιοτάταις ἐπακολυθῶν ἀναγραφαῖς, περὶ τε τῆς γενομένης κατακλυσμῆς καὶ τῆς ἐν αὐτῇ φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων, καθάπερ Μωϋσῆς ὅτως ἰσόρηκε· καὶ περὶ τῆς λάρνακος, ἐν ἣ Νῶχος ὁ τῆς γένεως ἡμῶν ἀρχηγὸς διεσώθη, προσενηχθείσης αὐτῆς ταῖς ἀκρωρείαις τῶν Ἀρμενίων ὀρέων. εἴτα τῆς ἀπὸ Νώχῃ καταλέγων, καὶ τῆς χρόνης αὐτοῖς προσθεῖς, ἐπὶ Ναβολάσσαρον παραγίνεται, τὸν Βαβυλῶνος καὶ Χαλδαίων βασιλέα, καὶ τὰς τέττα πρᾶξις ἀφηγούμενος λέγει· „τίνα τρόπον πέμψας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γῆν τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Ναβχοδονόσορον μετὰ πολλῆς δυνάμειος, ἐπειδὴ περ ἀφῆσθαι αὐτὰς ἐπύθετο, πάντων ἐκράτησε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις, ὅλως τε πάντα τὸν παρ' ἡμῶν λαὸν ἀναστῆσας, εἰς Βαβυλῶνα μετόκησεν. συνεβή δὲ καὶ

„Dido, fuga elapsa, in Libya ciuitatem condidit Carthaginem.” Itaque colligitur omne tempus a regno Hiromi vsque ad conditam Carthaginem, ad annos **CLV.** et menses **VIII.** Cum vero anno **XII.** Hiromi regis in Hierosolymis aedificatum sit templum, fluxit igitur a templi conditu vsque ad constructionem Carthaginis tempus annorum **CXLIII.** mensium **VIII.** Et ex Phoenicum quidem de gente nostra testimoniis quid opus est plura adscribere? cernitur enim veritas ex adductis valde comprobata, et multum, videlicet, constructionem templi praecedit progenitorum nostrorum in hanc regionem aduentus. Cum enim eam vniuersam debellassent, tum demum templum aedificare coeperunt. Et haec aperte ex sacris literis a me declarata sunt in Antiquitatum libris.

19. Iam vero ea nunc referam, quae de nobis apud Chaldaeos literarum monumentis mandata sunt, quae cum libris nostris etiam super aliis rebus in plerisque consentiunt. Testis autem horum est Berosus, vir genere quidem Chaldaeus, iis vero non ignotus, qui in literarum studiis versantur, quoniam scripta de Astronomia et Chaldaeorum philosophia ipse Graecorum in vsum edidit. Is igitur Berosus, antiquissimas sequutus historias, de diluio et hominibus in eo pereuntibus eadem plane ac Moyses narrauit: simul et de arca, in qua Noëus generis nostri princeps seruatus est, ipsa scilicet in summitatem montium Armeniorum delata. Deinde ortos a Noëo numerans et sua quibusque tempora assignans, ad Nabopollassarum tandem venit, Babylonis et Chaldaeorum regem, resque ab eo gestas memorans refert, „quemadmodum in Aegyptum et terram nostram „misso filio suo Nabuchodonosoro multis cum copiis, „postquam eos defecisse intellexit, omnes deuicit, et „templum Hierosolymitanum incendit, cunctumque „gentis nostrae populum suis e sedibus excitatum Babylonem tulit. Vade et ciuitatem contigit desola-

ἡ τὴν πόλιν ἐρημωθῆναι χρόνον ἑτῶν ἑβδομήκοντα, μέχρι
 „Κύρου τῷ Περσῶν βασιλέως.” κρατήσας δὲ Φησὶ τὸν Βαβυ-
 „λωνίον Αἰγύπτου, Συρίας, Φοινίκης, Ἀραβίας, πάντας δὲ
 „ὑπερβαλλόμενον ταῖς πράξεσι τὰς πρὸ αὐτῷ Χαλδαίων
 „καὶ Βαβυλωνίων βεβασιλευκότας.” εἶθ' ἐξῆς ὑποκατα-
 „βάς ὀλίγον ὁ Βηρωσσός, πάλιν παρατίθεται ἐν τῇ τῆς ἀ-
 „χαιοῦτος ἱστοριογραφίᾳ. αὐτὰ δὲ παραθήσομαι τὰ τῷ Βη-
 „ρωσσῷ τῷτον ἔχοντα τὸν τρόπον. „ἀκῆσας δ' ὁ πατὴρ αὐτοῦ
 „Ναβολάσσας, ὅτι ὁ τεταγμένος σατραπῆς ἐν τῇ Αἰγύ-
 „πτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Συρίαν τὴν Κοίλην καὶ τὴν Φοινίκην
 „τόποις ἀποστάτης γέγονεν, ὃ δυνάμενος αὐτὸς ἔτι κακοπα-
 „θεῖν, συστήσας τῷ υἱῷ Ναβγχοδονόσορι ὄντι ἔτι ἐν ἡλικίᾳ
 „μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως, ἐξέπειμψεν ἐπ' αὐτόν. συμμιζας
 „δὲ Ναβγχοδονόσορος τῷ ἀποστάτῃ, καὶ παραταξάμενος,
 „αὐτῷ τε ἐκυριεύσεν, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτῷ
 „Βασιλείαν ἐποίησεν. τὸ δὲ πατρὶ αὐτῷ συνέβη Ναβολασ-
 „σάρι, κατὰ τῷτον τὸν καιρὸν ἀρρώστησαντι, ἐν τῇ Βαβυλο-
 „νίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτι βεβασιλευκῶτι ἐκ-
 „μισιν ἐννέα. αἰσθόμενος δὲ μετ' ὃ πολὺ τὴν τῷ πατρὸς τελευ-
 „τὴν Ναβγχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἰγύπτου
 „πράγματα καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τὰς αἰχμαλώτους
 „Ἰσθαίων τε καὶ Φοινίκων καὶ Σύρων καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἰ-
 „γύπτου ἐθνῶν συντάξας τισὶ τῶν φίλων, μετὰ βαρυτάτης
 „δυνάμεως καὶ τῆς λοιπῆς ὠφελείας ἀνακομίζῃν εἰς τὴν Βα-
 „βυλωνίαν, αὐτὸς ὁρμήσας ἐλογοςὸς παρεγένετο διὰ τῆς
 „ἐρήμης εἰς Βαβυλῶνα. καταλαβὼν δὲ τὰ πράγματα διο-
 „κῆμενα ὑπὸ Χαλδαίων, καὶ διατηρημένην τὴν βασιλείαν
 „ὑπὸ τῷ βελτίστῳ αὐτῶν, κυριεύσας ἐξ ὀλοκλήρου τῆς πα-
 „τρικῆς ἀρχῆς, τοῖς μὲν αἰχμαλώτοις παραγενόμενος συνί-
 „ταξεν αὐτοῖς ἀποικίας ἐν τοῖς ἐπιτηδαιοτάτοις τῆς Βαβυ-
 „λωνίας τόποις ἀποδεῖξαι. αὐτὸς δὲ ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς πολέ-
 „μεως λαφύρων, τό, τε βῆλα ἱερῶν καὶ τὰ λοιπὰ κοσμήσας
 „Φιλοτίμως, τὴν τε ἐπάρχυσαν ἐξ ἀρχῆς πόλιν, καὶ ἑτέραν
 „ἐξῶθεν προχαριστάμενος καὶ ἀνακαινίσας, πρὸς τὸ μη-

„tam mansisse annis LXX. vsque ad Cyrum regem Per-
 „sarum.” Dicit insuper, quod Babylonius tenuerit Æ-
 „gyptum, Syriam, Phoeniciam, Arabiam; quodque
 „priores Chaldaeorum et Babyloniorum reges vniuer-
 „sos rebus a se praeclare gestis superarit.” Deinde
 inferius paulo haec iterum refert Berossus in Antiquita-
 tibus. Ipsa vero Berossi verba proferam, ad hunc
 modum se habentia: „Cum autem audisset pater eius
 „Nabopollassar, eum, qui in Ægypto et Coele-Sy-
 „ria et Phoenice praepositus fuerat, satrapen ab eo
 „defecisse, ipse, ferendis laboribus per aetatem im-
 „par, filio Nabuchodonosoro aetate valenti tradidit
 „partem exercitus, misitque ad illum bello persequen-
 „dum. Nabuchodonosorus autem, cum satrapa deser-
 „tore congressus, idque iusta acie, et eum deuicit et
 „regionem denuo in regni sui ditionem redegit. At
 „sub id tempus euenit, vt Nabopollassar pater, cum
 „morbum contraxisset, in vrbe Babyloniorum diem
 „obiret supremum, postquam regnasset annis XXIX.
 „Nabuchodonosorus autem, cum, non multo post, pa-
 „tris interitum accepisset, rebusque in Ægypto et re-
 „liqua regione ordinatis, Iudaeorum et Phoenicum ac
 „Syrorum et gentium in Ægypto captiuis amicorum
 „quorundam fidei commendatis, vt eos vna cum grauis
 „armaturae militibus et impedimentis in Babyloniam
 „deportarent, ipse cum paucis itinere per desertum
 „facto Babylonem se conferebat. Potitus autem rerum,
 „quas Chaldaei administrauerunt, regnique sibi ab eo-
 „rum potissimo adseruati, totum patris quod fuerat
 „imperium adeptus, captiuis quidem, vbi eo vene-
 „rant, colonias in Babyloniae locis maxime opportu-
 „nis assignari iussit: ipse vero postquam de belli ma-
 „gnitudinis Beli templum aliaque largiter ornauerat, vr-
 „bemque Babylonis, quae iam erat, noua etiam al-
 „tera addita, instaurauerat, ne possent posthac, qui

ἡκέτι δύνασθαι τὰς πολιορκῶντας τὸν ποταμὸν ἀναστρέφον-
 ντας ἐπὶ τὴν πόλιν κατασκευάζειν, ὑπερεβάλετο τρεῖς μὲν
 ἡ τῆς ἐνδον πόλεως περιβόλης, τρεῖς δὲ τῆς ἔξω τῶν, τὰς
 ἡ μὲν ἐξ ὀπτῆς πλίνθας καὶ ἀσφάλτου, τὰς δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς
 ἡ πλίνθας. καὶ τειχίσας ἀξιολόγως τὴν πόλιν, καὶ τὰς πυ-
 ἡ λῶνας κοσμήσας. ἱεροπρεπῶς, προσκατεσκεύακεν τοῖς πα-
 ἡ τρικοῖς βασιλείοις ἕτερα βασιλεία ἐχόμενα ἐκείνων, ὑπερ-
 ἡ αἶνοντα ἀνάστημα καὶ τὴν πολλὴν πολυτέλειαν. μακρὰ δ'
 ἡ ἴσως ἔσται, εἰάν τις ἐξηγήται. πλὴν ὄντα γὰρ εἰς ὑπερβολὴν
 ἡ ὡς μεγάλα καὶ ὑπερήφανα, συντετέλεσθη ἡμέραις δεκα-
 ἡ πέντε. ἐν δὲ τοῖς βασιλείοις τῶτοις ἀναλήμματα λίθινα
 ἡ ὑψηλὰ ἀνοικοδομήσας, καὶ τὴν ὅψιν ἀποδοῦν ὁμοιοτάτη
 ἡ τοῖς ὄρεσι, καταφυτεύσας δένδρεσι παντοδαποῖς ἐξεργά-
 ἡ σατο, καὶ κατασκευάσας τὸν καλῶμενον κρεμασὸν παρά-
 ἡ δεισον, διὰ τὸ τὴν γυναῖκα αὐτῇ ἐπιθυμεῖν τῆς ὀρέας
 ἡ διαθέσεως, τεθραμμένην ἐν τοῖς κατὰ τὴν Μηδίαν τόποις.

κ'. Ταῦτα μὲν ἔτος ἰσόρησε περὶ τῆ προσηρημένου βα-
 σιλέως, καὶ πολλὰ πρὸς τέτοις ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν Χαλ-
 δαϊκῶν, ἐν ἣ μέμφεται τοῖς Ἑλληνικοῖς συγγραφεῦσιν, ὡς
 μάτην οἰομένοις ὑπὸ Σεμιράμιδος τῆς Ἀσσυρίας κτιδῆναι
 τὴν Βαβυλῶνα, καὶ τὰ θαυμάσια κατασκευασθῆναι περὶ
 αὐτὴν ὑπὲρ ἐκείνης ἔργα ψευδῶς γεγραφόσι. καὶ κατὰ ταῦ-
 τα τὴν μὲν τῶν Χαλδαίων γραφὴν ἀξιοπίστον ἡγητέον· ἢ
 μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀρχαίοις τῶν Φοινίκων σύμφωνα τοῖς
 ὑπὸ Βηρωσσῆ λεγομένοις ἀναγέγραπται, περὶ τῆ τῶν Βα-
 βυλωνίων βασιλέως, ὅτι καὶ τὴν Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην
 ἅπασαν ἐκείνος κατεστρέψατο. περὶ τῶν γὰρ συμφωνῶν
 καὶ Φιλόστρατος ἐν ταῖς ἰστορίαις, μεμνημένος τῆς Τύρου πο-
 λιορκίας. καὶ Μεγασθένης ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Ἰνδικῶν, δι' ἧς
 ἀποφαίνειν πειράται, τὸν προσηρημένον βασιλέα τῶν Βαβυ-
 λωνίων Ἡρακλῆς ἀνδρεία καὶ μεγέθει πράξεων δισηνοχί-
 ναι. καταστρέφασθαι γὰρ αὐτὸν Φησὶ καὶ Λιβύης τὴν πολ-
 λὴν καὶ Ἰβηρίαν. τὰ δὲ περὶ τῆ ναῦ προσηρημένα τῇ ἐν Ἱερο-
 σολύμοις, ὅτι κατεπρήσθη μὲν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων ἐπιστρα-

ad urbem istam venirent obsidendam, abacto flumine
eam facilius aggredi, ternos quidem interiori urbi,
ternosque pariter exteriori murorum ambitus circum-
dedit, partim quidem e cocto latere et bitumine,
partim vero ex eodem latere solo. Cumque urbem
bene muniisset, et portas magnifice adornasset, pa-
ternae regiae contiguam aliam exstruxit, superemi-
nentem et altitudine et omni splendore. Longum
fortasse esset eius descriptionem facere. Suffecerit
dicere, hoc opus et magnitudine et omni rerum pa-
ratu eximium intra dies perfectum esse quindecim.
In hac autem regia pilas e lapidibus exstruxit excel-
sas, easdemque omnis generis arboribus confitas, ut
speciem montibus quam simillimam referrent, cla-
boravit, facto etiam paradiso, qui nuncupatur pen-
silis, quod vxor eius, utpote in Mediae locis educa-
ta, montosi situs desiderio teneretur.

20. Atque haec quidem Berosus de rege praedicto
retulit, insuperque multa in tertio Chaldaeorum li-
bro, in quo reprehendit historicos Graecos, ut qui va-
ne arbitrantur a Semiramide Assyria Babylonem aedi-
ficatam, falsoque scripserunt miranda opera illic ab
ipsa fuisse constructa. Atque in istis Chaldaeorum
quidem historia fide digna habenda est: maxime quod
in archiuis Phoenicum scripta reperiantur, quae cum
his conueniunt a Beroso narratis de rege Babylonio-
rum, Syriam scilicet et vniuersam Phoeniciam illum
subegisse. His sane adstipulatur Philostratus in Histo-
riis, quo in loco Tyri obsidionis meminit; et Me-
gasthenes in quarto volumine rerum Indicarum, ubi
ostendere contendit, praedictum Babyloniorum regem
et fortitudine Herculi et magnitudine praestitisse; di-
cit enim, eum Libyae bonam partem et Iberiam sub-
iugasse. Quae vero de Hierosolymorum templo iam
dicta sunt, et concrematum esse a Babyloniorum exer-

τρυσάντων, ἤρξατο δὲ πάλιν ἀνοικοδομῆσθαι. Κύρος τῆς
 Ἀσίας τὴν βασιλείαν παρεληφότες, ἐκ τῶν Βηρωσσῶ σα-
 φῶς ἐπιδειχθῆσται παρατιθέντων. λέγει γὰρ ἔτι διὰ τῆς
 τρίτης· ἡ Ναβαρχοδονόσορος μὲν ἔν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τῆ
 ἡ προειρημένῃ τείχεσ, ἐμπιστὼν εἰς ἀρρώσίαν, μετηλλάξατο
 ἡ τὸν βίον, βεβασιλευκῶς ἔτη τεσσαρακοντατρία. τῆς δὲ
 ἡ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτῆς Εὐκαλμαράδωχος.
 ἡ ὅτος προσὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπι-
 ἡ βεβληθεὶς ὑπὸ τῆς τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτῆς Νηριγλισ-
 ἡ σοῦρος ἀνῆρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. μετὰ δὲ τὸ ἀναγε-
 ἡ θῆναι τῆτον, διαδοξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβελεύσας αὐ-
 ἡ τῷ Νηριγλισσόσορος, ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τῆς υἱὸς
 ἡ Λαβορσοῦ ἀρχὸς ἐκυρίευσεν μὲν τῆς βασιλείας παῖς ὡς
 ἡ μῆνας ἐννέα· ἐπιβεβληθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλά ἐμφαίνειν
 ἡ κακοῦθι, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολομένῃ δὲ
 ἡ τῆς, συνελθόντες οἱ ἐπιβεβλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βα-
 ἡ σιλείαν περιέθικαν Ναβοννήδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλωνίως, ὅ-
 ἡ τι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυναΐσεως. ἐπὶ τῇ τῇ τὰ περὶ τοῦ ποτα-
 ἡ μὸν τείχεα τῆς Βαβυλωνίων πόλεως ἐξ ὅπτης πλύνθῃ καὶ
 ἡ κἀσφάλτεα κατεκοσμήθη. ὅσῃ δὲ τῆς βασιλείας αὐτῆς ἐν
 ἡ τῷ ἑπτακαίδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κύρος ἐκ τῆς Περ-
 ἡ σίδος μετὰ δυνάμειος πολλῆς, καὶ καταστρεψάμενος τὴν
 ἡ λοιπὴν Ἀσίαν πᾶσαν, ὤρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. αἰδού-
 ἡ μενος δὲ Ναβόννηδος τὴν ἔφοδον αὐτῆς, ἀπαντήσας μετὰ
 ἡ τῆς δυνάμειος καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ
 ἡ φυγὼν ὀλιγοσός, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν.
 ἡ Κύρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ
 ἡ ἔξω τῆς πόλεως τείχεα κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ
 ἡ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον Φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέξεν-
 ἡ ξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννηδον. τῆ δὲ
 ἡ Ναβοννήδῳ ἔχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ' ἐγχε-
 ἡ ρήσαντος αὐτῶν, πρότερον χερσάμενος, Κύρος Φιλανθρω-
 ἡ πικῶς, καὶ δὲ οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψε
 ἡ ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννηδος μὲν ἔν, τὸ λοιπὸν τῷ

citu. et coeptum rursus aedificari, cum Cyrus Asiae
 imperium accepisset, ex iis, quae praeterea refert He-
 rodotus, clare manifestabimus. Sic enim in libro tertio
 ait: „Et Nabuchodonosorus quidem, posteaquam in-
 „choavit praedictum murum, morbo implicitus, mox
 „e vita excessit, cum regnasset annos tres et quadra-
 „ginta. In regnum autem succedebat filius eius Euil-
 „maraduchus. Hic, quod summa rerum nefarie ac
 „petulanter abuteretur, anno altero, quam regnare
 „coeperat, Neriglissori sororis suae coniugis insidiis
 „occubuit. Huius autem post necem, idem ipse Ne-
 „riglissorus, qui ei fecit insidias, imperium suscepit
 „et annis regnavit quatuor. Huius filius Laborosoar-
 „chodus, cum adhuc puer esset, regnum quidem te-
 „nuit menses novem: per insidias vero, quod mul-
 „tam indolis prauitatem prae se ferret, a necessariis
 „suis cum cruciatu interfectus est. Hoc autem per-
 „eunto, cum inter se coiissent insidiatores eius, com-
 „muni consensu regnum detulere ad Nabonnidum
 „quendam Babylonium, qui et ipse in eadem coniu-
 „ratione fuerat. Hoc regnante Babylonis moenia,
 „quae flumini adiacebant, ex cocto latere et bitumine
 „splendidius aedificata sunt. Cum autem regni eius
 „annus decimus septimus ageretur, Cyrus ex Perside
 „cum ingenti profectus exercitu, ac reliquum eius im-
 „perium populatus, Babyloniam ipsam inuasit. Quam
 „eius impressionem cum sensisset Nabonnidus, obuiam
 „egressus cum exercitu, acieque conferta pugna victus,
 „et cum paucis in fugam comectus, sese in Borsippeno-
 „rum oppidum inclusum dedit. Cyrus autem, Babylone
 „capta, constitutoque exteriora eius munimenta diruere,
 „quod ciuitatem videret ad res novas mobilem, urbem
 „vero expugnatu difficilem, inde in Borsippum proficisci-
 „tur, Nabonnidum obsessurus. Nabonnidum autem, cum
 „non tulisset obsidionem, sed prius sese dedidisset, perhu-
 „maniter habuit Cyrus, dataque ei ad habitandum Car-
 „mania, Babylonia dimitti voluit. Et Nabonnidus qui-

ἡ χρόνους διαγινόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν
ἡβρίον.

κα'. Ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν
ἀλήθειαν. γέγραπται γάρ ἐν αὐταῖς, ὅτι Ναβουχοδονόσο-
ρος ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔτει τὸν παρ' ἡμῖν
ναὸν ἠρῆμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα· δευτέ-
ρῳ δὲ τῆς Κύρης βασιλείας ἔτει τῶν θεμελίων ὑποβληθέν-
των, δευτέρῳ πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἀπετελέσθη.
προοδήσω δὲ καὶ τὰς τῶν Φοινίκων ἀναγραφάς. ὁ γὰρ πα-
ραλειπτόν τῶν ἀποδείξεων τὴν περισσίαν. ἔστι δὲ τοιαύτη
τῶν χρόνων ἡ καταριθμησις· ἡ ἐπὶ Εἰθωβάλῃ τῇ βασιλείᾳ
ἡ ἐπολιόρησεν Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον ἐπ' ἔτη δεκα-
ἡτρία. μετὰ τῶτον ἐβασίλευσε Βαάλ ἔτη δέκα. μετὰ τῆ-
τον δικασαὶ κατεσάθησαν καὶ ἐδίκασαν· Εὐνίβαλος
ἡ Βασλάχῃς μῆνας δύο, Χέλβης Ἀβδαίῃς μῆνας δέκα, Ἀβ-
ἡ βαρος ἀρχιερεὺς μῆνας τρεῖς, Μύτγονος καὶ Γεράστρατος
ἡ τῇ Ἀβδηλέμῃ δικασαὶ ἔτη ἕξ, ὧν μεταξὺ ἐβασίλευσε
ἡ Βαλάτορος ἐνιαυτὸν ἓνα. τότε τελευτήσαντος, ἀποσεί-
ἡ λαντες μετεπέμψαντο Μέρβαλον ἐκ τῆς Βαβυλῶνος, καὶ
ἡ ἐβασίλευσεν ἔτη τέσσαρα. τότε τελευτήσαντος, μετε-
ἡ πέμψαντο τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Εἰρώμον, ὃς ἐβασίλευσεν
ἡ ἔτη εἴκοσιν. ἐπὶ τῷ Κυρῷ Περσῶν ἐδυναύευσεν. ἔκῃν ὁ
σύμπας χρόνος ἔτη πεντήκοντα τέσσαρα καὶ τρεῖς μῆνες
πρὸς αὐτοῖς. ἐβδόμῳ μὲν γὰρ περὶ τῆς Ναβουχοδονόσου
βασιλείας ἤρξατο πολιορκεῖν Τύρον· τσσαρεσκαιδεκάτῃ
δ' ἔτει τῆς Εἰρώμῃ Κυρῷ ὁ Πέρσης τὸ κράτος παρέλαβεν.
καὶ σύμφωνα μὲν ἐπὶ τῇ ναῦ τοῖς ἡμετέροις γράμμασι τὰ
Χαλδαίων καὶ Τυρίων. ὡμολογημένη δὲ καὶ ἀναντίρρητος
ἡ περὶ τῶν εἰρημένων μοι μαρτυρία τῆς τῇ γένεως ἡμῶν ἀρ-
χαϊότητος. τοῖς μὲν ἔν μὴ σφόδρα Φιλονείκοις ἀρκέσει
ὑπολαμβάνω τὰ προειρημένα.

κβ'. Δεῖ δ' ἄρα καὶ τῶν ἀπιστῶντων ταῖς μὲν ἐν τοῖς
βαρβάροις ἀναγραφαῖς, μόνους δὲ τοῖς Ἑλλήσι πιστεύειν
ἀξίωντων, ἀποπληρῶσαι τὴν ἐπιζήτησιν, καὶ παραχρῆν

„dem, reliquo tempore in ista regione exacto, diem
„obiit supremum.

21. Atque haec narratio consentientem habet cum nostris scripturis veritatem. Proditum enim in illis est, Nabuchodonosorum anno regni sui decimo octavo templum nostrum diruisse, eiusque excidium totos quinquaginta annos durasse; anno autem Cyri regni secundo iactis fundamentis restitui coeptum, denuo vero Darii regni secundo partibus omnibus absolutum esse. Quin et istis adiciam Phoenicum historias. haud enim omittendum est probationum sat superque asserre. Est autem in illis temporum dinumeratio huiusmodi. „Ithobalo apud „Tyrios regnante, Nabuchodonosorus Tyrum obsedit per „annos XIII. Post hunc regnavit Baal annos decem. Post „hunc Iudices constituti sunt et ipsi rexere; Ecnibalus „Baslaci menses duos, Chelbes Abdaei menses decem, „Abbarus suminus pontifex menses tres, Mytgonus et „Gerastratus Abdelemi iudices per annos sex; post quos „annum vnum cum potestate regia Tyro praefuit Balatorus. Quo mortuo, misere Tyrii, qui ex Babylone Merbalum aduocarent, regnavitque annos quatuor. Eo „mortuo, aduocarunt fratrem eius Hiromum, qui regnavit „annos xx. Huius tempore Cyrus apud Persas potens „erat.” Quapropter omne tempus est annorum LIV, triumque insuper mensium. Septimo siquidem anno regni sui Nabuchodonosorus coepit obsidere Tyrum: quartodecimo autem anno regis Hiromi Cyrus Persa imperium accepit. Et consonant quidem, quae de templo tradita a Chaldaeis ac Tyriis, cum scriptis nostris. Manifestum vero, cuique contradici nequit, est testimonium de gentis nostrae antiquitate ex praedictis. Et his quidem, qui non sunt valde contentionis cupidi, sufficere arbitror, quae iam praemissa sunt.

22. Oportet autem non credentibus scriptis Barbaricis, sed solis Graecis fidem habendam esse dicentibus, quae sitis satisfacere, multosque ex illis testes exhibere,

πολλὰς καὶ τέτων ἐπισταμένους τὸ ἔθνος ἡμῶν, καὶ καθ' ὃ
 καιρὸς ἦν αὐτοῖς, μνημονεύοντας παραθέσθαι ἐν ἰδίοις αὐτῶν
 συγγράμμασιν. Πυθαγόρας τοῖνυν ὁ Σάμιος ἀρχαῖος ὢν,
 σοφία δὲ καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ πάντων ὑπεκλημέ-
 νος διειργεῖν τῶν φιλοσοφησάντων, ὃ μόνον ἐγνωκώς τὰ
 παρ' ἡμῖν δῆλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζηλωτὴς αὐτῶν ἐκ πλείους
 γεγενημένος. αὐτῷ μὲν ἂν ὕδεν ὁμολογεῖται σύγγραμμα,
 πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἰσορῆκασιν, καὶ τέτων ἐπιστημότα-
 τός ἐστιν Ερμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἰσορίαν ἐπιμελής. λέ-
 γει τοῖνυν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Πυθαγόρα βιβλίων, ὅτι
 „Πυθαγόρας, ἐνὸς αὐτῶν τῶν συνασιαστῶν τελευτήσας, ὃ
 τῆνομα Καλλιφῶντος, τὸ γένος Κροτωνιάτης, τὴν ἐκείνου ψυ-
 χὴν ἔλεγε συνδιατρίβειν αὐτῷ καὶ νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέ-
 ραν. καὶ ὅτι παρεκκελεύετο μὴ διέρχεσθαι τόπον, ἐφ' ὃν ἂν
 ἦεν ὁκλάση, καὶ τῶν διψίων ὑδάτων ἀπέχεσθαι, καὶ πά-
 ρσης ἀπέχεν βλασφημίας.” εἶτα προσέθησι μετὰ ταῦτα
 καὶ τάδε· „ταῦτα δ' ἔπραττε καὶ ἔλεγε, τὰς Ἰσθαίων καὶ
 „Θρακῶν δόξας μιμνῆσθαι, καὶ μεταφέρειν εἰς ἑαυτόν. λέ-
 γεται γάρ, ὡς ἀληθῶς ὁ ἀνὴρ ἐκείνος πολλὰ τῶν παρὰ Ἰσ-
 θαίοις νομίμων εἰς τὴν αὐτῷ μετενεγκεῖν φιλοσοφίαν. ἦν δὲ
 καὶ κατὰ πόλεις ἐκ ἀγνωστονῆμῶν πάλας τὸ ἔθνος, καὶ πολ-
 λὰ τῶν ἐθῶν εἰς τινὰς ἤδη διαπεφοιτῆκει, καὶ ζῆλος παρ'
 ἐνίοις ἤξιστο. δηλοὶ δὲ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς περὶ νόμων. λέ-
 γει γάρ, ὅτι κωλύουσιν οἱ Τυρίων νόμοι ξενικὰς ὁρὰς ὁρμεύειν,
 ἐν οἷς μετὰ τινῶν ἄλλων καὶ τὸν καλέμενον ὄρκον Κορβαῖν
 καταριθμεῖ. παρ' ὕδενι δ' ἂν ὕτος εὐρεθείη πλὴν μόνοις Ἰσ-
 θαίοις. δηλοὶ δ', ὡς ἂν εἴποι τις ἐκ τῆς Εβραίων μεθερμη-
 νεύομενος διαλέκτου, δῶρον Θεῷ. καὶ μὴν ὕδὲ Ἡρόδοτος ὁ
 Ἀλικαρνασσεύς ἠγνόηκεν ἡμῶν τὸ ἔθνος, ἀλλὰ τρόπῳ τινὶ
 φαίνεται μεμνημένος. περὶ γὰρ Κόλχων ἰσορῶν ἐν τῇ δευτέ-
 ρᾳ βίβλῳ, φησὶν ὕτως· „μᾶνοι δὲ πάντων, φησί, Κόλχοι
 „καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτέμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ
 „αἰδοῖα. Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ, καὶ
 „ἕτεροι ὁμολογεῖσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι. Σύριοι δὲ

quibus nota erat gens nostra, illosque adiciere, qui in scriptis suis, prout ipsis commodum visum est, nostri meminerunt. Pythagoram igitur Samium, valde quidem antiquum, sapientia vero et erga Deum pietate philosophorum praestantissimum habitum, non solum nostra instituta cognovisse certum est, sed etiam in ple-
risque ea sequutum esse et aemulatum. Et ipsum qui-
dem nihil scriptum reliquisse in confesso est, multi ta-
men de eo retulere, et ex illis celeberrimus est Her-
mippus, vir circa omnem historiam indagator diligens.
Refert utique in primo de Pythagora libro: „quod Py-
thagoras, vno familiarium suorum defuncto, nomine
„Calliphonte, genere Crotoniate, illius animam dicebat
„secum degere die noctuque, et quod praeciperet, ut
„non transiret locum, ubi asinus lapsus esset, et ab aqua
„foeculenta auerteret, et ab omni maledicto abstineret.”
Deinde post haec et ista adiicit. „Haec autem faciebat
„dicebatque, Iudaeorum ac Thracum opiniones ini-
„tans et sibi vindicans.” Vere enim dicitur, quod vir
ille multa Iudaeorum instituta in suam philosophiam
transtulit. Quin et per civitates non olim ignota fuit
gens nostra, multaeque ex illius consuetudinibus ad
quasdam iam transierunt, et imitatione dignae a non-
nullis habebantur. Quod indicat Theophrastus in iis,
quae scripsit de Legibus. dicit enim „Tyriorum legibus
„prohiberi, ne quis adhibeat externa iuramenta.” in qui-
bus cum quibusdam aliis etiam id iuramentum, quod
Corban vocatur, recenset. Apud nullos autem hoc in-
venitur iuramentum, nisi apud solos Iudaeos. significat
autem, quasi quis dicat, ex Hebraica dialecto vocem in-
terpretans, donum Dei. Verum neque Herodotus Hali-
carnassensis nostram ignoravit gentem, sed quodammodo
eius meminisse videtur. De Colchis enim referens, in
secundo libro ista habet: „soli autem omnium hominum
„Colchi et Aegyptii et Aethiopes ab initio pudenda cir-
„cuincidunt. Phoenices vero et Syri, qui sunt in Palae-
„stina, didicisse ab Aegyptiis et ipsi consentunt. Syri au-

οἱ περὶ Θερμώδοντα καὶ Παρθένιον ποταμὸν, καὶ Μάκρῳ-
 νες οἱ τῷτοισιν ἀσυγείτονες ὄντες, ἀπὸ Κόλχων Φασί νωστὶ
 ἠμεμαθημένα. ἔτοι γὰρ εἰσὶν οἱ περιτεμνόμενοι ἀνθρώπων
 ἠμῶν, καὶ ἔτοι Αἰγυπτίοισι φαίνονται ποιεῦντες κατὰ ταυ-
 τὰ. αὐτῶν δὲ Αἰγυπτίων καὶ Λιβυῶν ἔκ ἐχὼ εἶπεν, ὅπό-
 τεραι παρὰ τῶν ἐτέρων ἐξέμαθον." ἔκην εἰρηκε Σύρως τῆς
 ἐν τῇ Παλαιστίνῃ περιτέμνεσθαι. τῶν δὲ τὴν Παλαιστίνην κατοι-
 κόντων μόνοι τὸ τοιοῦτον ἰσθῶσι. τὸ ἄρα γινώσκων εἰ-
 ρηκεν περὶ αὐτῶν. καὶ Χοιρίλος δὲ ἀρχαιότερος γενόμενος
 ποιητὴς μέμνηται τῆ ἔθνους ἡμῶν, ὅτι συνεστράτευται Ξέρξῃ
 τῷ Περσῶν βασιλεῖ ἐπὶ τὴν Ελλάδα. καταρτιζομένης
 γὰρ πάντα τὰ ἔθνη, τελευταῖον καὶ τὸ ἡμέτερον ἐνέταξε
 λέγων·

Τῷ δ' ὀπίθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι.

Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ σομάτων ἀφίεντες.

Ωκέστ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι πλατὴν ἐνὶ λίμνῃ.

Αὐχμαῖοι κορυφαί· τροχοκρίδες· αὐτὰρ ὑπερθεῖν

ἱππῶν δαρετὰ πρόσωπ' ἐφόρην ἐσκληκότα καπνῷ.

Ἰδὼν δ' ἔστιν, ὥς οἶμαι, πᾶσιν ἡμῶν αὐτὸν μεμνῆσθαι, τῷ
 καὶ τὰ Σόλυμα ὄρη ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι χώρα, ἃ κατοικῶ-
 μεν, καὶ τὴν Ασφαλίτιν λεγόμενῃ λίμνῃ. αὕτη γὰρ πα-
 σῶν τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ λίμνῃ πλατυτέρα καὶ μείζων καθέστη-
 κεν. καὶ Χοιρίλος μὲν ἔτω μέμνηται ἡμῶν. ὅτι δὲ ἔ μόνου
 ἠπίσαντο τῆς Ἰσθμίου, ἀλλὰ καὶ ἐθαύμαζον, ὅσοις αὐτῶν
 ἐντύχοιεν, ἔχ' οἱ Φαυλότατοι τῶν Ελλήνων, ἀλλ' οἱ ἐπὶ σο-
 φία μάλιστα τε θαυμασμένοι, ῥαδίον γινώσκαι. Κλέαρχος
 γὰρ ὁ Αἰριστοτέλης ὢν μαθητὴς, καὶ τῶν ἐκ τῆ Περιπάτης Φι-
 λосоφῶν ἀδελφὸς δεύτερος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕπνης βιβλίῳ
 φησὶν, Αἰριστοτέλην τὸν διδάσκαλον αὐτῷ περὶ τίνος ἀνδρὸς
 Ἰσθμίου ταῦτα ἰσορεῖν, αὐτὸν τε τὸν λόγον Αἰριστοτέλει παρα-
 τιθεῖς. ἔστι δ' ἔτω γεγραμμένον· „ἀλλὰ τὰ μὲν πολλὰ μα-
 κρόν ἂν εἴη λέγειν. ὅσα δ' ἔχει τῶν ἐκείνου θαυμασιότητά
 „τινα, καὶ Φιλοσοφίαν ὁμοίως, διελθεῖν ἔ χεῖρον. ὥς σα-
 „φῶς δὲ σοὶ εἶπεν, Ὑπεροχίδης, θαυμαστὸν τι ὀνείρισι ἴσα

tem; qui fluvium Thermodontem et Parthenium acco-
lunt; et horum contermini Macrones a Colchis se nu-
per id didicisse aiunt. Hi enim ex hominibus soli sunt, qui
circumciduntur: et apparet, eos hoc facere more eodem
ac Aegyptii. Ipsi vero Aegyptii atque Aethiopes, non
queo dicere vtri ab vtris didicerint." Dixit ergo Sy-
ros, qui in Palaestina sunt, circumcidi: omnium autem,
qui habitant Palaestinam, soli Iudaei circumciduntur. Hoc
igitur sciens de ipsis pronunciauit. Quin et Choerilus
ex antiquioribus poetis de gente nostra meminit, quod
cum Xerxe Persarum rege expeditionis contra Graecos
particeps fuerit. Cum enim gentes omnes enumerasset,
nouissimam nostram posuit, dicens:

*Exin miranda specie gens castra secuta est,
Phoenicum ignoto quae voces ederet ore.*

*Haec Solymos habitans montes stagnum prope vastum,
Circumtonsa comis, squallenti vertice, equini
Exuvias capitis duratas igne gerebat.*

Palam ergo est, sicut arbitror, omnibus, nostri illum
meminisse, quod et Solymi montes in nostra regione
sint, in quibus habitamus, et palus, quae dicitur Asphalti-
tes. ipsa enim omnium, quae in Syria sunt, latissima et
maxima. Et Choerilus quidem ita nostri meminit.
Quod autem non solum Iudaeos agnoscebant, sed, ut in-
ciderant in eos, admirabantur, non e vulgo Graeci, sed
ob sapientiam maxime celebres, ostendere facile est.
Clearchus enim Aristotelis discipulus, et Peripateticorum
nulli secundus, libro primo de Somno dicit, Aristotelem
doctorem suum de quodam viro Iudaeo ista referre, Ari-
stotelem in hunc modum loquentem inducens. Ita enim
scriptum est: „Sed longum esset narrare quamplurima:
„quicquid vero hoc in homine admirationis aliquid habe-
re ac philosophum sapere videtur, eodem modo perfe-
„qui nihilominus utile fuerit. Tibi autem, Hyperochida,
„ut aperte, quod res est, dicam, mirum quiddam somnio-

„σοὶ δόξω λέγειν. καὶ ὁ Υπεροχίδης εὐλαβήμενος, δι' αὐ-
 τὸ γὰρ ἔφη τῷτο, καὶ ζητῶμεν ἀκῶσαι πάντες. ἔκην, εἰ-
 πειν ὁ Αριστοτέλης, κατὰ τὸ τῶν ῥητορικῶν παράγγελμα,
 „τὸ γένος αὐτῆς πρῶτον διέλωμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν τοῖς
 „τῶν ἀπαγγελιῶν διδασκάλοις. λέγει, εἶπεν ὁ Υπεροχί-
 „δης, ὅτι σοι δοκεῖ. κακῆνός τοίνυν τὸ μὲν γένος ἦν Ἰσδαῖος
 „ἐκ τῆς Κοίλης Συρίας. ἔτιοι δὲ εἰσιν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰ-
 „δοῖς Φιλοσόφων. καλῶνται δὲ, ὡς Φασιν, οἱ Φιλόσοφοι πα-
 „ρὰ μὲν Ἰνδοῖς Καλανοί, παρὰ δὲ Σύροις Ἰσδαῖοι, τῆνομα
 „λαβόντες ἀπὸ τῆς τόπῃ· προσαγορεύεται γὰρ, ὃν κατοικῶ-
 „σι τόπον, Ἰσδαία. τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ὄνομα πάν-
 „σκολιόν ἐστιν, Ἰερουσαλημ γὰρ αὐτὴν καλῶσιν. ἔτος δὲ ὁ
 „ἄνθρωπος ἐπιξενούμενός τε πολλοῖς, καὶ τῶν ἄνω τόπων
 „εἰς τὰς ἐπιθαλαττίκας ὑποκαταβαίνων Ἑλληνικός ἦν, ἢ τῇ
 „διαλέκτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ τότε διατριβόν-
 „των ἡμῶν περὶ τὴν Ἀσίαν, παραβαλὼν εἰς αὐτὰς τόπας,
 „ἐν οἷς ἡμεν, ἐντυγχάνει ἡμῖν τε καὶ τισιν ἑτέροις τῶν γρα-
 „μματικῶν, πειρώμενος αὐτῶν τῆς σοφίας. ὡς δὲ πολλοῖς
 „παιδῶν ἐν παιδείᾳ συνακείωτο. παρεδίδου τι μᾶλλον ὧν ἐ-
 „κῆν.” ταῦτ' εἰρηκεν Αριστοτέλης παρὰ τῷ Κλεάρχῳ, καὶ
 „προσέτι πολλὴν καὶ θαυμάσιον καρτερίαν τῷ Ἰσδαῖῳ ἀνδρὶ
 „ἐν τῇ διαίτῃ καὶ σωφροσύνῃ διεξιῶν. ἔνεσι δὲ τοῖς βελομέ-
 „νοις ἐξ αὐτῆς τὸ πλεόν γινῶναι τῆς βιβλίας. Φυλάττομαι γὰρ
 „ἐγὼ τὰ πλείω τῶν ἱκανῶν παρατίθεσθαι. Κλέαρχος μὲν ἔν-
 „θεν παρεμβάσει ταῦτ' εἰρηκεν· τὸ γὰρ προκείμενον αὐτῷ ἦ
 „ἕτερον· ἔτως ἡμῶν μνημονεύσας. Ἐκαταῖος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης,
 „ἀνὴρ Φιλόσοφος ἅμα καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος,
 „Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνακμάσας, καὶ Πτολεμαίῳ τῷ
 „Λάγῃ συγγενόμενος, ἢ παρεργως, ἀλλὰ περὶ αὐτῶν Ἰ-
 „σδαίων συγγέγραφε βιβλίον. ἐξ ἧς βέλομαι κεφαλαιωδῶς
 „ἐπιδραμεῖν ἕνα τῶν εἰρημένων· καὶ πρῶτον ἐπιδείξω τὸν χρό-
 „νον. μνημονεύει γὰρ τῆς Πτολεμαίης περὶ Γάζαν πρὸς Δημή-
4. Videamus igitur, quaenam illa graua et non ferenda, de quibus Iudaeos Alexandriam habitantes accusat. „E Syria, inquit, profecti sedes fixerunt ad impotuosum mare, in vicinia allisionis fluctuum.” Ergo si locus opprobrium habet, non quidem patriae suae, sed tamen, quam patriam dicit, Alexandriae conuiciatur. illius enim et ora maritima pars est, vt omnes fatentur, ad inhabitandum optima. Sin autem per vim eam Iudaei occupauerint, ita vt ne post quidem eiicerentur, fortitudinis eorum argumentum est. Verum Alexander eis locum ad habitandum dedit, et par cum Macedonibus ius consequuti sunt. Nescio autem, quid dicturus fuerit Apion, si circa Necropolim habitassent, ac non circa regiam sedes posuissent, et hodieque eorum tribus appelleretur Macedones. Sane si legisset epistolas Alexandri regis, et Ptolemaei Lagi, ac in successorum illius Aegypti regum rescripta incidisset, et columnam stantem Alexandriae, et iura continentem, quae Caesar magnus Iudaeis concessit: haec, inquam, si certe quidem sciens contraria scribere ausus est, improbus erat: sin vero nihil horum nouit, indoctus. Illud autem, quod se mirari dicit, quomodo, cum Iudaei essent, Alexandrini vocarentur, similis inscitiae est. Omnes enim in coloniam

οἱ εἰς ἀποικίαν τινὰ κατακληθέντες, καὶ πλεῖστον ἀλλήλων τοῖς γένεσι διαφέρουσιν, ἀπὸ τῶν οἰκιστῶν τὴν προσηγορίαν λαμβάνουσι. καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν; αὐτῶν γὰρ ἡμῶν οἱ τὴν Ἀντιόχειαν κατοικῶντες, Ἀντιοχεῖς ὀνομάζονται. τὴν γὰρ πολιτείαν αὐτοῖς ἔδωκεν ὁ κτίστης Σέλευκος. ὁμοίως οἱ ἐν Εφέσῳ καὶ κατὰ τὴν ἄλλην Ἰωνίαν, τοῖς αὐθυγενέσι πολίταις ὀμωνυμῶσι, τῆτο παραχόντων αὐτοῖς τῶν διαδόχων. ἡ δὲ Ῥωμαίων Φιλανθρωπία παῖσιν μικρὰ δὲν τῆς αὐτῶν προσηγορίας μεταδέδωκεν. ἔμνονον ἀνδράσιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλους ἔθνεσιν ὅλοις. Ἰβηρις γὰρ οἱ Πάλαι, καὶ Τυρρῆνοί, καὶ Σαβῖνοι, Ῥωμαῖοι καλῶνται. εἰ δὲ τῆτον ἀφαιρεῖται τὸν τρόπον τῆς πολιτείας Ἀπίων, παυσάδῳ λέγων αὐτὸν Ἀλεξανδρέα. γεννηθεὶς γὰρ, ὡς προῆπον, ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς Αἰγύπτῃ, πῶς ἂν Ἀλεξάνδρεὺς εἴη, τῆς κατὰ δόσιν πολιτείας, ὡς αὐτὸς ἐφ' ἡμῶν ἠξίωκεν, ἀναιρεμένης; καίτοι μόνοις Αἰγυπτίοις οἱ κύριοι νῦν Ῥωμαῖοι τῆς οἰκισμένης μεταλαμβάνειν ἡσινουσῶν πολιτείας ἀπειρήκασιν. ὁ δ' ἔτιω ἐστὶ γενναῖος, ὡς μετέχεν ἀξίῳ αὐτὸς, ὦν τυχὲν ἐκωλύετο, συκοφαντεῖν ἐπεχείρησε τὴς δικαίως λαβόντας. ἔγὰρ ἀπορία γε τῶν οἰκησάντων τὴν μετὰ σπαρδῆς ὑπ' αὐτῇ πόλιν κτιζομένην, Ἀλέξανδρος τῶν ἡμετέρων τινὰς ἐκεῖ συνήθροισεν. ἀλλὰ πάντας δοκιμάζων ἐπιμελῶς ἀρετῆς καὶ πίστεως, τῆτο τοῖς ἡμετέροις τὸ γέρας ἔδωκεν. „ἐτίμα γὰρ ἡμῶν τὸ ἔθνος, ὡς καὶ Φησιν Ἐκαταῖος περὶ ἡμῶν, ὅτι διὰ τὴν ἐπιείκειαν καὶ πίσιν, ἣν αὐτῷ παρέχον Ἰσδαῖοι, τὴν Σαμαρεῖτιν ἠχώραν προσέθηκεν ἔχειν αὐτοῖς ἀφορολόγητον. ὁμοια δὲ „Ἀλεξάνδρεα καὶ Πτολεμαῖος ὁ Δάγῃ περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατοικῶντων ἐφρόνησε.” καὶ γὰρ τὰ κατὰ τὴν Αἰγυπτὸν αὐτοῖς ἐνεχείρισε Φερία, πῶς ἅμα καὶ γενναίως φυλάξεν ὑπολαμβάνων· καὶ Κυρήνης ἐγκρατῶς ἀρχειν βεβλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ πόλεων, εἰς αὐτὰς μέρος Ἰσδαίων ἐπεμψε κατοικῆσον. ὁ δὲ μετ' αὐτὸν Πτολεμαῖος, ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, ἔμνονον εἴ τινας ἦσαν αἰχμάλωτοι παρ' αὐτῷ τῶν ἡμετέρων, πάντας ἀπέδωκεν,

aliquam euocati, etsi plurimum inuicem genere differant, a conditoribus appellationem accipiunt. Et quid opus est de aliis dicere? Nostrorum enim ipsorum, qui Antiochiam inhabitant, Antiocheni nominantur. ius enim ciuium eis dedit conditor Seleucus. Similiter, qui in Epheso sunt et in reliqua Ionia, eandem cum ciuibus inde natis appellationem sortiuntur: illis hoc praestantibus regni successoribus. Romanorum autem clementia omnibus fere de suo nomine appellari concessit, non solum viris singulis, sed et maximis gentibus in vniuersum. Hispani scilicet antiqui et Tyrrheni et Sabini vocantur Romani. Si vero hunc modum communionis ciuitatis tollit Apion, desinat semetipsum Alexandrinum dicere. Natus enim, vt antea dixi, in intima Aegypto, quomodo erit Alexandrinus, iure ciuitatis, quod ipse de nobis praedicat, sublato? cum solis Aegyptiis orbis nunc Romani domini participare cuiuslibet ciuitatis interdixerint. Ille vero adeo generosus est, vt, cum velleret iure obtinere, quae impetrare prohibetur, conatus fuerit ebs calumniari, qui ista iustissime assequuti sunt. Non enim Alexander propter inopiam habitatorum ciuitatis, quam studiose aedificabat, nostrorum aliquos illic congregauit. Sed, omnes probitatis ergo et fidei probe perspectos et exploratos habens, hoc praemium nostris tribuit. „nostram enim gentem honorabat, vt etiam de „nobis dicit Hecataeus, quod propter probitatem atque fidem, quam ei praebuere Iudaei, regionem Samaritidem, ab omni tributo liberam, ab iis insuper „teneri voluerit.” Similiter quoque sensit post Alexandrum Ptolemaeus Lagi de Iudaeis Alexandriam habitantibus. etenim castra Aegyptiaca eis commisit, arbitratus, illis nec fidem defuturam, nec fortitudinem ad ea conseruanda: cumque firmum in Cyrene imperium tenere vellet, et in aliis Libyae ciuitatibus, illuc misit partem Iudaeorum habitandi causa. Post hunc autem Ptolemaeus, qui Philadelphus est appellatus, non quum, si qui fuere captiui apud eum nostrorum, omni-

ἀλλὰ καὶ χρήματα πολλάκις ἐδωρήσατο. καὶ τὸ μέγιστον, ἐπιθυμητὴς ἐγένετο τῇ γνῶναι τὰς ἡμετέρας νόμους, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν. ἐπειμψε γὰρ ἀξίων ἄνδρας ἀποσαλῆναι, τὰς ἐξημεύουσας αὐτῷ τὸν νόμον, καὶ τῇ γραφῇναι ταῦτα καλῶς τὴν ἐπιμέλειαν ἐπέταξεν ἃ τοῖς τυχεῖσιν· ἀλλὰ Δημήτριον τὸν Φαληρέα, καὶ Ἀνδρέαν, καὶ Ἀριστεά, τὸν μὲν παιδεία τῶν καθ' ἑαυτὸν διαφέροντα Δημήτριον, τὰς δὲ τὴν τῇ σώματος αὐτῇ Φυλακὴν ἐγκεχειρισμένους, ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ταύτης ἔταξεν, ἃς ἂν δῆκε τὰς νόμους καὶ τὴν πάτριον ἡμῶν Φιλοσοφίαν ἐπιθυμήσας ἐκμαθεῖν, εἰ τῶν χρωμένων αὐτοῖς ἀνδρῶν κατεφρόνει, καὶ μὴ λῖαν ἐθαύμαζεν.

ε'. Ἀπίωνα δὲ σχεδὸν ἐφ' ἑξῆς πάντες ἔλαθον οἱ τῶν προγόνων αὐτῇ Μακεδόνων βασιλεῖς, οἰκειότατα πρὸς ἡμᾶς διατεθέντες. καὶ γὰρ τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ λεγόμενος Εὐεργέτης, κατασχὼν ὅλην Συρίαν κατὰ κράτος, ἃ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριτήρια τῆς νίκης ἔδυσεν· ἀλλὰ παραγινόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα, πολλὰς, ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν ἐπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ. καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια. ὁ δὲ Φιλομήτωρ Πτολεμαῖος καὶ ἡ γυνὴ αὐτῇ Κλεοπάτρα, τὴν βασιλείαν ὅλην τὴν ἑαυτῶν Ἰουδαίους ἐπίστευσαν. καὶ στρατηγεὶ πάσης τῆς δυνάμεως ἦσαν, Ονίας καὶ Δοσίθεος Ἰουδαῖοι. ὧν Ἀπίων σκώπτει τὰ ὀνόματα· δέον τὰ ἔργα θαυμάζειν καὶ μὴ λοιδορεῖν, ἀλλὰ χάριν αὐτοῖς ἔχειν, ὅτι διεσώσαντο τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἧς ὡς πολίτης ἀντιποιεῖται. πολεμούντων γὰρ αὐτῶν τῇ βασιλίσσει Κλεοπάτρᾳ, καὶ κινδυνεύόντων ἀπολέσθαι κακῶς, ἔτοι συμβάσεις ἐποίησαν, καὶ τῶν ἐμφυλίων κακῶν ἀπῆλλαξαν. ἀλλὰ, „μετὰ ταῦτα, Φοσῖν, „Ονίας ἐπὶ τὴν πόλιν ἤγαγε στρατὸν ὀλίγον, ὅντος ἐκεῖ Θεόμυς τῇ παρὰ Ῥωμαίων πρεσβευτῇ καὶ παρόντος.” ὁρῶν δὲ ποιῶν φαῖν ἂν καὶ μάλα δικαίως. ὁ γὰρ Φύσκων ἐπικληθεὶς Πτολεμαῖος, ἀποθανόντος αὐτῷ τῇ ἀδελφῇ Πτολεμαίᾳ τῇ Φιλομήτορος, ἀπὸ Κυρήνης ἐξῆλθε Κλεοπάτρᾳ ἐκβαλεῖν βυλόμενος τῆς βασιλείας,

bus libertatem, sed et pecunias saepius dedit: et (quod maximum est) leges nostras cognoscendi desiderio tenebatur, legendique sacrarum scripturarum libros. rogatum igitur misit sibi delegari viros, qui ei interpretarentur legem; utque volumina pulchre describerentur, huiusce rei curam mandavit non quibuscunque viris: sed Demetrium Phalereum et Andream et Aristeam, Demetrium quidem sui aevi omnium doctrina eminentissimum, illos vero custodiam corporis sibi creditam habentes, huic curae praefecit; non utique leges et patriam nostram philosophiam discere concupuerat, si his videntes despectui habuerit, et non potius miratus fuerit.

5. Apion autem paene omnes deinceps Macedonum maiorum eius reges ignoravit, nobis familiarissimos et amicissimos. Nam et tertius Ptolemaeus, dictus Evergetes, tota Syria vi et armis occupata, non Diis Aegyptiacis sacra fecit, ut pro victoria gratias ageret; sed, cum Hierosolyma venisset, multas hostias, sicut nostri moris est, Deo immolavit, et donaria victoria digna dedicavit. Ptolemaeus autem Philometor et vxor eius Cleopatra omne regnum commiserunt Iudaeis, factique sunt totius militiae duces Onias et Dositheus Iudaei: quorum in nomine cauillatur Apion, cum debuisset facta eorum potius mirari et non conviciari, sed gratias illis habere, quod seruarint Alexandriam, cuius ciuis videri vult et haberi. Cum enim bellum inferrent reginae Cleopatrae, et male pereundi discrimen adirent, isti fecerunt, ut pax iniretur et mala intestina cessarent. Sed „postea, inquit, Onias „ad urbem deduxit paruum exercitum, cum illic praesens esset Thermus Romanorum legatus.” id quod bene recteque admodum factum dicerem. Ptolemaeus enim cognomine Physcon, mortuo suo fratre Ptolemaeo Philometore, egressus est de Cyrene, eo animo, ut Cleopatram e regno eiiceret, et filios regis, ut

ipse regnum iniuste sibi in se applicaret; propter haec ergo Onias aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit: et fidem, quam habuit circa reges, nequaquam in necessitate deseruit. Testis autem Deus iustitiae eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemaeus, cum aduersum exercitum quidem Oniae pugnare praesumeret, omnes vero Iudaeos in ciuitate positos cum filiis et vxoribus capiens nudos atque vinctos elephantis subiecisset, ut ab eis conculcati deficerent, et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium, quae praeparauerat, euenere. Elephantum enim, relinquentes sibi appositos Iudaeos, impetu facto super amicos eius, multos ex ipsis interemere. Et post haec Ptolemaeus quidem ad spectum terribilem contemplatus est, prohibentem se, ut illis noceret hominibus. Concubina vero sua carissima, quam alii quidem Ithacam, alii vero Irenen denominant, supplicante, ne tantam impietatem perageret, ei concessit, et ex his, quae iam egerat vel acturus erat, poenitentiam egit. Unde recte hanc diem Iudaei Alexandriae constituti, eo quod aperte a Deo salutem promeruere, celebrare nescuntur. Apion autem, omnium calumniator, etiam propter bellum aduersus Physconem gestum, Iudaeos accusare praesumpsit, cum eos laudare debuerit. Is autem etiam vltimae Cleopatrae reginae Alexandrinorum meminit, veluti nobis impropere, quoniam circa nos fuit ingrata: et non potius illam redarguere studuit, cui nihil omnino iniustitiae et malorum operum defuit, vel circa generis necessarios, vel circa maritos suos, qui etiam dilexerint eam, vel in communi contra Romanos omnes, et benefactores suos imperatores, quae etiam sororem Arsinoen occidit in templo, nihil sibi nocentem. Peremit autem et fratrem insidiis: paternosque deos, et sepulcra progenitorum depopulata est. Percipiensque regnum a primo Caesare, eius filio et successori rebellare praesumpsit: Antoniumque corrumpens amatoriiis rebus et patriae inimicum fecit, et infidelem circa suos amicos instituit, alios quidem genere regali spolians, alios autem demens

ad mala gerenda compellens. Sed quid oportet amplius dicere, cum illum ipsum in nauali certamine relinquens, id est maritum et parentem communium filiorum, tradere cum exercitu principatum, et se sequi coëgit? Nouissime vero Alexandria a Caesare capta, ad hoc usque perducta est, ut saltem hinc sperare se iudicaret, si posset ipse manu sua Iudaeos perimere: eo quod circa omnes crudelis et infidelis exstaret. Putasne gloriandum nobis non esse, si, quemadmodum dicit Apion, famis tempore Iudaeis triticum non est mensa? Sed illa quidem poenam subiit competentem. Nos autem maximo Caesare utimur teste auxilii atque fidei, quam circa eum contra Aegyptios gessimus: necnon et senatu eiusque consultis, et epistolis Caesaris Augusti, quibus nostra merita comprobantur. Has literas Apionem oportebat inspicere, et secundum genera examinare testimonia sub Alexandro facta, et omnibus Ptolemaeis, et quae a senatu constituta sunt, necnon et maximis Romanis imperatoribus. Si vero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri non potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuriae frumentorum, non accusatio Iudaeorum. Quid enim sentiant omnes imperatores de Iudaeis in Alexandria commorantibus, palam est. nam administratio tritici nihilo magis ab eis, quam ab aliis Alexandrinis, translata est. Maximam vero eis fidem olim a regibus datam conseruare voluerunt, id est, fluminis custodiam, totiusque custodiam, nequaquam his rebus indignos esse iudicantes.

6. Sed super hoc: quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdem deos, quos Alexandrini, non colunt? Cul respondeo: Quomodo etiam, cum vos sitis Aegyptii, inter alterutros praelio magno et sine foedere de religione contenditis? aut certe propterea non vos omnes dicimus Aegyptios, et neque communiter homines, quoniam bestias aduersantes naturae nostrae colitis, multa diligentia nutriendos? cum genus utique nostrorum vnum atque idem esse videatur. Si autem in vobis Aegyptiis tantae differentiae opinionum sunt, quid miraris super his, qui

aliunde in Alexandriam aduenerunt, si, legibus a principio constitutis, circa talia permanere? Is autem seditionis causas nobis apponit: qui si cum veritate ob hoc accusat Iudaeos in Alexandria constitutos, cur omnes non culpae possit, eo quod noscamur habere concordiam? Porro etiam seditionis auctores, quilibet inueniet Apionis similes Alexandrinorum fuisse ciues. Donec enim Graeci fuere et Macedones hanc ciuitatem habentes, nullam seditionem aduersus nos gessere, sed antiquis cessere solennitatibus. Cum vero multitudo Ægyptiorum creuisset inter eos, propter confusiones temporum, etiam hoc opus semper est additum. Nostrium vero genus permansit purum. Ipsi igitur molestiae huius fuere principium, nequaquam populo Macedonicam habente constantiam, neque prudentiam Graecam, sed cunctis scilicet videntibus malis moribus Ægyptiorum, et antiquas inimicitias aduersum nos exercentibus. E diuerso namque factum est, quod nobis improperare praesumunt. nam cum plurimi eorum non opportune ius eius ciuitatis obtineant, peregrinos vocantes eos, qui hoc privilegium ad omnes impetrasse noscuntur. Nam Ægyptiis neque regum quicquam videtur ius ciuitatis fuisse largitus: neque nunc quilibet imperatorum. Nos autem Alexander quidem introduxit, reges autem auxere, Romani vero semper custodire dignati sunt. Itaque derogare nobis Apion voluit, quia imperatorum non statuamus imagines, tanquam illis hoc ignorantibus, aut defensione Apionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem modestiamque Romanorum, quoniam subiectos non cogunt patria iura transcendere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes piū atque legitimū est. Non enim honoribus gratiam habent, qui ex necessitate et violentia conferuntur. Graecis itaque et aliis quibusdam bonum esse creditur imagines instituere. Denique et patrum et exorum filiorumque figuras depingentes exsultant, quidam vero etiam nihil sibi competentium sumunt imagines. alii vero et seruos diligentes, hoc faciunt. Quid

ergo mirum est, si etiam principibus ac dominis hunc honorem praeberere videantur? Porro autem Legislator, non quasi prophetans Romanorum potentiam non honorandam, sed tanquam causam neque Deo neque hominibus vtilem despiciens, et quoniam totius animati, multo magis Dei inanimati, probatur hoc inferius, interdixit imagines fabricare. aliis autem honoribus post Deum colendos non prohibuit viros bonos, quibus nos et imperatores et pop. Rom. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua sacrificia: et non solum quotidianis diebus ex impensa communi omnium Iudaeorum talia celebramus: verum cum nullas alias hostias ex communi, neque pro filiis peragamus, solis imperatoribus hunc honorem praecipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli persoluimus. Haec itaque communiter satisfactio posita sit adversus Apionem pro his, quae de Alexandria dicta sunt.

7. Admiror autem etiam eos, qui ei huiusmodi formitem praebuere, id est, Posidonium et Apollonium Molonis: quoniam accusant quidem nos, quare nos eodem deos cum aliis non colimus. mentientes autem pariter, et de nostro templo blasphemias componentes incongruas, non se putant impie agere: cum sit valde turpissimum liberis, qualibet ratione mentiri, multo magis de templo apud cunctos homines nominato, tanta sanctitate pollente. In hoc enim sacratio, Apion praesumpsit edicere, „asinū caput collocasse Iudaeos, et id colere, ac dignum facere tanta religione: et hoc affirmat fuisse depulatum, dum Antiochus Epiphanes et exspoliasset templum, et illud caput inuenisset ex auro compositum multis pecuniis dignum.” Ad hoc igitur primum quidem respondeo, quoniam Aegyptius, vel si aliquid tale apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare, cum non sit deterior asinus furonibus et hircis et aliis, qui sunt apud eos Dii. Deinde quomodo non intellexit, operibus increpatus de incredibili suo mendacibus. Legibus namque semper utimur iisdem: in quibus sine fine consistimus. Et cum varii casus nostram civitatem, sicut etiam aliorum,

vexauerint, et Theos, ac Pompeius Magnus, ac Licinius Crassus, et ad nouissimum Titus Caesar, bello vincentes obtinuerint templum, nihil huiusmodi illic inuenere: sed purissimam pietatem, de qua nihil nobis est apud alios effabile. Quia vero Antiochus neque iustam fecit templi deprædationem, sed egestate pecuniarum ad hoc accessit, cum non esset hostis, et socios insuper nos suos et amicos aggressus est, nec aliquid dignum derisione illic inuenit. Multi et digni conscriptores super hoc quoque testantur; Polybius Megalopolitanus, Strabo Cappadox, Nicolaus Damascenus, Timagenes, et Castor chronographus, et Apollodorus: qui omnes dicunt, pecuniis indigentem Antiochum transgressum foedera Iudæorum, et spoliasse templum auro argentoque plenum. Haec igitur Apion debuit respicere, nisi cor asini ipse potius habuisset, et impudentiam canis, qui apud ipsos aliolet colique enim extrinsecus alia ratiocinatione mentitus est. Nos itaque asinis neque honorem neque potestatem aliquam damus, sicut Ægyptii crocodilis et aspidibus: quando eos, qui ab istis mordentur, et a crocodilis rapiuntur, felices et Deo dignos arbitrantur. Sed sunt apud nos asini, quod apud alios sapientes viros, onera sibi imposita sustinentes. Et si ad areas accedentes comedant, aut proposita non adimpleant, multas valde plagas accipiunt, quippe operibus et ad agriculturam rebus necessariis ministrantes. Sed aut omnium rudissimus fuit Apion ad componendum verba fallacia, aut certe ex rebus iuitia sumens, haec implere non valuit, quando nulla potest contra nos blasphemiam prouenire.

8. Alteram vero fabulam, derogatione nostra plenam, de Graecis apposuit: de quo dicere sat erit, quoniam, qui de pietate loqui praesumunt, oportet eos non ignorare, minus esse inmundum per templa transire, quam sacerdotibus scelestia verba confingere. Isti vero magis fluere defendere sacrilegum regem, quam iusta et veracia de nostris et de templo conscribere. Volentes enim Antiocho gratificari et perfidiam ac sacrilegium eius tegere,

quo circa gentem nostram est usus propter egestatem pecuniarum, detrahentes nobis etiam, quae in futuris essent, mentiti sunt. Propheta vero aliorum factus est Apion, et dixit „Antiochum in templo inuenisse lectum „et hominem in eo iacentem, et appositam ei mensulam „maritimis terrenisque volatilium dapibus plenam, et „quod obslupuisset his homo. Illum vero mox adorasse „regis ingressum, tanquam maximam sibi opem praebitori: ac procidentem ad eius genua, extensa dextera „poposcisse libertatem; et iubente rege, ut consideret, et „diceret, quis esset, vel cur ibidem habitaret, vel quae esset causa ciborum eius, tunc hominem cum gemitu et „lacrymis lamentabiliter suam narrasse necessitatem. Ait, „inquit, esse se Graecum: et dum peragraret provinciam „parandi victus causa, correptum se subito ab alienigenis „hominibus, atque deductum ad templum, et inclusum „illic, et a nullo conspici, sed cuncta dapium apparatione saginari. Et primum quidem haec sibi inopinabilia „beneficia visa attulisse laetitiam; deinde suspicionem, „postea stuporem: postremum consulente a ministris ad „se accedentibus audisse legem ineffabilem Iudaeorum, „pro qua nutriebatur: et hoc illos facere singulis annis „quodam tempore constituto. Et comprehendere quidem Graecum peregrinum, eumque annuo tempore saginare, et deductum ad quandam syluam occidere quidem eum hominem, eiusque corpus sacrificare secundum suas solennitates, et gustare ex eius visceribus, et „iusiurandum facere in immolatione Graeci, ut inimicitias contra Graecos haberent: et tunc in quandam foveam reliqua hominis pereuntis abiicere.” Deinde „refert, eum dixisse, paucos iam dies debitos sibi meti fuisse; atque rogasse, ut reueritus Graecorum deos, et „superans in suo sanguine insidias Iudaeorum, de malis „eum circumstantibus deliberaret.” Huiusmodi ergo fabula non tantum omni tragoedia plenissima est, sed etiam crudeli impudentia redundat. Non tamen a sacrilegio priuat Antiochum, sicut arbitrati sunt, qui haec ad il-

lius gratiam conscribere. Non enim praesumpsit aliquid tale, ut ad templum accederet: sed sic inuenit non sperans. Fuit ergo voluntatibus iniquis impius, et nihilominus sine Deo, quicquid iussit mendacii superfluitas, quam ex ipsa re cognoscere valde facillimum est. Non enim circa solos Graecos discordia legum esse dignoscitur, sed maxime aduersus Aegyptios et plurimos alios. Cuius enim regionis homines non contigit aliquando apud nos peregrinari? ut aduersus solos Graecos renouata coniuratione per effusionem sanguinis ageremus: vel quomodo possibile, ut ad has hostias omnes Iudaei colligerentur, et tantis millibus ad gustandum viscera illa sufficerent, sicut ait Apion? vel cur inuentum hominem, quicumque fuit, (non enim suo nomine conscripsit) aut quomodo eum in suam patriam rex non cum pompa deduxit? dum posset, hoc faciens, ipse quidem putari pius, et Graecorum amator eximius, assumere vero contra Iudaeorum odium auxilia magna cunctorum. Sed haec relinquo: insensatos enim, non verbis, sed operibus, decet arguere. Sciunt igitur omnes, qui videre constructionem templi nostri, qualis fuerit, et intransgressibilem eius purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu, et harum singulae propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienis: mulieres tantummodo menstruae transire prohibebantur. In secundam vero porticum cuncti Iudaei ingrediebantur, eorumque coniuges, cum essent ab omni pollutione mundaе. In tertiam, masculi Iudaeorum mundi existentes atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum vero soli principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Tanta vero est circa omnia prouidentia pietatis, ut secundum quasdam horas sacerdotes ingredi constitutum sit. Mane etiam aperto templo oportebat facientes traditas hostias introire: et meridie rursus, dum clauderetur templum. Denique ne vas quidem aliquod portari licet in templum, sed erant in eo solummodo po-

sita, altare, mensa, thuribulum, candelabrum, quae omnia in lege conscripta sunt. Etenim nihil amplius neque mysteriorum aliquorum ineffabilium agitur, neque intus vlla epulatio administratur. Haec enim, quae praedicta sunt, habent totius populi testimonium manifestum, rationemque gestorum. Licet enim sint tribus quatuor sacerdotum, et harum tribuum singulae habeant hominum plus, quam quinque millia, sit tamen observatio particulariter per dies certos: et his transactis, alii succedentes ad sacrificia veniunt: et congregati in templum mediante die a praecedentibus claves templi, et ad numerum vasa omnia percipiunt, nulla re, quae ad cibum aut potum attineat, in templum delata. Talia namque etiam ad altaria offerre prohibitum est, praeter illa, quae ad sacrificia praeparantur.

8. Quid ergo Apionem dicimus, nisi, nihil horum examinantem, verba incredula protulisse? Sed turpe est, historiae veram notitiam si proferre grammaticus non possit. Et sciens templi nostri pietatem, hanc quidem praetermisit. Hominis autem Graeci comprehensionem finxit, pabulum ineffabile, et ciborum opulentissimam claritatem: et prauos ingredientes, ubi nec nobilissimos Iudaeorum licet intrare, nisi fuerint sacerdotes. Haec ergo pessima est impietas, atque mendacium spontaneum, ad eorum seductionem, qui noluerunt discutere veritatem. Per ea siquidem mala ineffabilia, quae praedicta sunt, nobis detrahere tentauere.

9. Rursumque tanquam piissimus deridet, adiiciens fabulae inania facta. Ait enim, illum retulisse, „dum „bellum Iudaei contra Idumaeos haberent longo quodam „tempore, ex aliqua ciuitate Idumaeorum, qui in ea „Apollinem colebat venisse ad Iudaeos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus, deinde eis promississe, traditurum „se eis Apollinem Deum Dorensium: venturumque illum „ad nostrum templum, si omnes adscenderent, et adducerent omnem multitudinem Iudaeorum. Zabidum vero fuisse quoddam machinamentum ligneum, et circumposuisse sibi, et in eo tres ordines finxisse lucernarum, et

πτὴν πόρεϊαν ποιημένων. τὰς μὲν Ἰσθαίης ὑπὸ τῇ παρα-
 ὁδῷ τῆς θεᾶς καταπιπλεγμένους, πόρῳ μὲν ὄντας ἡσυ-
 χίαν ἄγειν· τὸν δὲ Ζάβιδον ἐπὶ πολλῆς ἡσυχίας εἰς τὸν
 ναὸν παρελθεῖν, καὶ τὴν χρυσὴν ἀποσῦρα τῇ κἀνθωνος
 κεφαλῇ, ἔτω γὰρ ἀτειζόμενος γέγραφεν, καὶ πάλιν
 εἰς Δώραν κατὰ τάχος ἀπελθεῖν." ἂρ' ἔν καὶ ἡμεῖς ἂν
 εἴποιμεν, ὅτι τὸν κἀνθωνα, τετῆστιν ἑαυτὸν, Ἀπίων ἐπιφορτί-
 ζει, καὶ ποιῇ τῆς μερολογίας ἅμα καὶ τῶν ψευσμάτων
 κατάγομον. καὶ γὰρ τόπως ἐκ ὄντας γράφει, καὶ πόλεις ἐκ
 εἰδῶς μετατίθησιν. ἡ μὲν γὰρ Ἰδεμαία τῆς ἡμετέρας χώρας
 ἐστὶν ὁμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη, καὶ Δώρα ταύτης ἐστὶν
 ὑδεμία πόλις· τῆς μέντοι Φοινίκης παρὰ τὸ Καρμήλιον
 ὄρος Δώρα πόλις ὀνομάζεται, μηδὲν ἐπικοινωνῶσα τοῖς
 Ἀπίωνος Φλυαρήμασι. τεσσαρῶν γὰρ ἡμερῶν ὁδὸν τῆς
 Ἰσθαίης ἀφῆσκειν. τί δ' ἡμῶν ἐτι κατηγορεῖ τὸ μὴ
 κοινὰς ἔχειν τοῖς ἄλλοις θεῶς, εἰ ραδίως ἕτως ἐπέσθη-
 σαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἥξειν τὸν Ἀπόλλωνα πρὸς αὐτὰς, καὶ
 μετὰ τῶν ἄσρων ἐπὶ τῆς γῆς ὥθησαν ὁρᾶν αὐτὸν περιπα-
 τῆντα; λύχνον γὰρ ὑδέπω δῆλον ὅτι πρὸθεν ἐωράκασιν,
 οἱ τὰς τοσαύτας καὶ τηλικαύτας λυχνοκαΐας ἐπιτελῶντες.
 ἀλλ' ὑδὲ τις αὐτῷ βαδίζοντι κατὰ τὴν χώραν τῶν τοσάτων
 μυριάδων ὑπῆντησεν· ἔρημα δὲ καὶ τὰ τεῖχη Φυλάκων εὖ-
 ρε πολέμῳ συνεσηκός. ἐὼ τᾶλλα. τῇ ναῷ δ' αἱ θυραὶ τὸ
 μὲν ὕψος ἦσαν ἐπτα πηχῶν, εἴκοσι δὲ τὸ πλάτος. κατὰ-
 χρυσοὶ δὲ πᾶσαι καὶ μικρῶ δὲ ἰσφυρήλατοι. ταύτας ἐκλείον
 ἐκ ἐλάττω ὄντες ἄνδρες διακόσιοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν,
 καὶ τὸ καταλείπειν ἡριγμένους ἦν ἀθέμιτον. ραδίως ἔν αὐ-
 τὰς ὁ λυχνοφόρος ἐκείνος ἠνέωξεν ἂν ἀνοίξιν οἰόμενος, καὶ
 τὴν τῇ κἀνθωνος, ὡς ᾔετο, κεφαλῇ ἔχων. πότερον ἔν αὐ-
 τὴν πάλιν ὡς ἡμᾶς ἀνέστρεψεν, ἢ λαβὼν Ἀπίων αὐτὴν εἰσε-
 κόμισεν, ἣν Ἀντίοχος εὗρε πρὸς δευτέραν Ἀπίωνι μυθολογίαν.

ι. Καταψεύδεται δὲ καὶ ὅρκον ἡμῶν, „ὡς ὀμνούντων
 τὸν Θεόν, τὸν ποιήσαντα τὸν ἕρανόν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν

ita ambulasse, ut procul stantibus appareret, quasi stella
 „per terram iter agens. Iudaeos quidem, inexpecta-
 „ta visione obstupefactos, cum procul quidem abes-
 „sent, quiescere: Zabidum vero multa quiete ad tem-
 „plum venisse, et aureum detraxisse cantherii caput
 „(ita enim scripsit, facetus videri volens) et rursus Do-
 „ram velociter se contulisse.” Igitur et nos dicere
 possumus, quod asinum, hoc est semetipsum, grauat
 Apion, facitque stultitia simul et mendaciis oneratum,
 nam et loca ponit, quae nusquam terrarum existant, et
 ciuitates earum ignarus transfert. Nam Idumaea quidem
 regioni nostrae confinis est, posita iuxta Gazam, et nulla
 in ea est vrbs Dora: in Phoenicia vero iuxta montem
 Carmelum ciuitas Dora appellatur, quae nihil com-
 mune habet cum Apionis nugis. quatuor enim dierum iti-
 nere distat a Iudaea. Cur itaque nos praeterea accusat,
 quod non habeamus communes cum aliis Deos, si sic
 facile credidere patres nostri, ad se venturum Apollinem,
 et cum stellis super terram eum ambulantem intueri puta-
 verunt? Scilicet enim manifestum, quod lucernam nun-
 quam prius conspexerunt, qui tot et tanta lucernarum
 accensionis festa celebrarunt. Sed nec aliquis ei per re-
 gionem ambulanti e tot myriadibus obuiam iuit: quin et
 muros sine custodibus inuenit bello conflato. Caetera
 praetereo. Ianuae autem templi altitudine quidem erant
 cubitorum vii, latitudine vero xx, omnes etiam deaurat-
 ae, et fere ex auro solido. Has singulis diebus claud-
 ebant viri non minus, quam viginti, easque apertas relin-
 quere nefas erat. Facile igitur illas lucernifer iste aperuit,
 aut si aperuisse creditur, etiam cantherii, id quod putaba-
 tur, caput habens. Vtrum igitur cum hoc capite ad nos
 reuersus est, aut illud, cum fuisset Apion, in templum
 introduxit, ut Antiochus inueniret, quo alteram Apioni
 fabulam narrandi occasionem suppeditaret.

10. Mentitur autem et de iuramento nostro, „quod
 „scilicet iuremus per Deum, et coeli et terrae et maris

„θάλασσαν, μηδενὶ εὐνοήσεν ἄλλοφύλῳ, μάλιστα δὲ Ἑλλήσιν.“ ἔδει δὲ καταψευδόμενον ἄπαξ εἰπεῖν, μηδενὶ εὐνοήσεν ἄλλοφύλῳ, μάλιστα δ' Αἰγυπτίοις. ἔτω γὰρ ἂν τοῖς ἐξ ἀρχῆς αὐτῇ πλάσμασιν ἡμεροῖτε τὰ περὶ τὸν ὅρκον, εἴπερ ἦσαν ὑπὸ Αἰγυπτίων τῶν συγγενῶν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἕχι διὰ πονηρίαν, ἀλλ' ἐπὶ συμφοραῖς ἐξεληλαμένοι. τῶν Ἑλλήνων δὲ πλεόν τοῖς τόποις, ἢ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἀφίστηκαμεν, ὥστε μηδεμίαν ἡμῖν εἶναι πρὸς αὐτοῖς ἔχθραν, μηδὲ ζηλοτυπίαν. τῖναντίον μέντοι πολλοὶ παρ' αὐτῶν εἰς τὰς ἡμετέρας νόμους συνέβησαν εἰσελθεῖν, καὶ τινὲς μὲν ἐμείναν, εἰσὶ δ', οἳ τὴν καρτερίαν ἔχ' ὑπομείναντες, πάλιν ἀπέστησαν. καὶ τῆτον ἕδεις πῶποτε τὸν ὅρκον εἶπεν ἀκῆσαι παρ' ἡμῖν ὠμοσμένον, ἀλλὰ μόνος Ἀπίων, ὡς ἔοικεν, ἤκασεν· αὐτὸς γὰρ ὁ συνθεὶς αὐτὸν ἦν.

ια'. Σφόδρα τοίνυν τῆς πολλῆς συνέσεως, καὶ ἐπὶ τῷ μέλλοντι ρηθῆσεται θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν Ἀπίωνα. ἡ τεκμηρίον γὰρ εἶναι, Φησὶ, τῇ μῆτε νόμοις ἡμᾶς χρῆσθαι δικαιοῖς, μῆτε τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν, ὡς προσῆκε, τὸ μὴ ἀρῆσθαι, δαλύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεσι καὶ ἄλλοτε ἄλλοις, καὶ ἡ τὸ χρῆσθαι συμφοραῖς τισι περὶ τὴν πόλιν, αὐτῶν δηλονότι πόλεως ἡγεμονικωτάτης ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀρχεῖν, ἀλλὰ ἡ μὴ Ῥωμαίοις δαλύειν συνηθισμένων· καίτοι τῶν ἄντις ἀπόχειτο τοιαύτης μεγαλοψυχίας.“ τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐκ ἔστιν ὅσις ἀνθρώπων ἔχ' ἱκανῶς καθ' αὐτῇ φαίη τῆτον ὑπ' Ἀπίωνος λελέχθαι τὸν λόγον. ὀλίγοις μὲν γὰρ ὑπῆρξεν ἐφ' ἡγεμονίας διὰ καιροπτίας γενέσθαι, καὶ τέτρες αἱ μεταβολαὶ πάλιν ἄλλοις δαλύειν ὑπέζυξαν. τὸ πλεῖστον δὲ Φύλον ἄλλων ὑπακήκοον πολλάκις. Αἰγύπτιοι δ' ἄρα μόνον διὰ τὸ καταφυγεῖν, ὡς Φασὶν, εἰς τὴν χώραν αὐτῶν τὰς θεάς, καὶ σωθῆναι μεταβαλόντας εἰς μορφὰς θηρίων, ἐξαίρετον γέρας εὗροντο τὸ μηδενὶ δαλύειν τῶν τῆς Ἀσίας ἢ τῆς Εὐρώπης κρατησάντων· οἳ μίαν ἡμέραν ἐκ τῇ παντὸς αἰῶνος ἐλευθερίας ἔ' τυχόντες φαίνονται, ἀλλ' ἕδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν. ὅτινα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο Πέρσαι

creatorem, nemini fautores alienigenae, praecipue si „Graeci fuerint.” Oportebat autem mentientem plane dicere, nemini fautores alienigenae, praecipue si fuerint Aegyptii. Ita enim primis eius figmentis congruissent ista de iuramento, si a cognatis Aegyptiis patres nostri non propter improbitatem, sed ob calamitates, expulsi fuissent. A Graecis autem magis locis, quam studiis, disiuncti sumus; ita ut nullae inter nos et illos inimicitiae intercedant aut obrectationes. Veruntamen e contra multos eorum ad nostras leges accessisse contigit: et nonnulli quidem istis institutis adhaeserunt, alii vero, in illis perseverare non ferentes, iterum recesserunt. Et hoc iusiurandum nunquam se quisquam audisse meminit apud nos habitum; sed solus Apion, (ut videtur) audiuit: is enim ille erat, qui id confinxit.

II. Vehementer igitur in Apione admiranda est eximia prudentia, etiam ob hoc, quod mox dicitur: „Nam indieio esse, affirmat, quod neque legibus iustis „utamur, neque Deum conuenienter eius naturae colamus, eo quod non imperemus, sed diuersis potius gentibus seruiamus, et in ipsa ciuitate calamitates quaedam perferamus, utique cum ipsi ex vrbe primaria a multis retro saeculis imperare et non Romanis seruire consueuerint: quanquam et nemo fere non expertus est „horum egregiam magnanimitatem.” Nullus etenim aliorum est, qui non affirmet, istiusmodi verborum ab vnde contra seipsum fecisse Apionem. Paucis etenim contigit in principatu continue praesidere, et non rursus aliis facta mutatione seruire. Plurimae namque gentes aliae saepe aliis obedire coactae sunt. Aegyptii autem soli, eo quod se receperint (sicut aiunt) in eorum regionem Dii, et salutem consequuti fuerint assumendo bestiarum formas, eximiam gratiam inuenerunt, ut eorum nemini seruirent, qui Asiam Europamue tenuere: qui scilicet per vnam diem ex omni aevo non habuere libertatem, ne quidem apud dominos indigenas. Nam quemadmodum eis vsi sunt Persae, non semel solum-

τρόπον, ἔχ' ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις πορεύαντες τὰς πόλεις, ἱερὰ κατασκάπτοντες, τὰς παρ' αὐτῶν νομιζομένης θεὰς κατασφάζοντες, ἔκ' ἂν ὀνειδίσαιμι. μιμεῖσθαι γὰρ ἔπροσῆκε τὴν Ἀπίωνος ἀπαιδευσίαν, ὃς ἔτε τὰς Ἀθηναίων τύχας, ἔτε τὰς Λακεδαιμονίων ἐνενόησεν, ὧν τὰς μὲν ἀνδρειοτάτης, τὰς δὲ εὐσεβεστάτης τῶν Ἑλλήνων ἅπαντες λέγουσιν. ἐὼ βασιλέας τὰς ἐπ' εὐσεβείᾳ διαβοηθείτας, ὧν ἕνα Κροῖσον, οἷαις ἐχρήσατο συμφοραῖς βίβ. ἐὼ τὴν καταπρηθεῖσαν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, τὸν ἐν Εφέσῳ ἱεὸν, τὸν ἐν Δελφοῖς, ἄλλας μυρίας, καὶ ἑδεῖς ὀνειδίσαι ταῦτα τοῖς παθῆσιν, ἀλλὰ τοῖς δρᾶσαι. καινὸς δὲ κατήγορος ἡμῶν Ἀπίων εὐρέθη, τῶν ἰδίων αὐτῷ περὶ τὴν Αἰγύπτον κακῶν ἐκλαθόμενος. ἀλλὰ Σέσωφρις αὐτὸν ὁ μυθευόμενος Αἰγύπτῃ βασιλεὺς ἐτύφλωσεν. ἡμεῖς δὲ τὰς ἡμετέρας ἔκ' ἂν εἰποιμεν βασιλέας, Δαυίδην καὶ Σολομῶνα, πολλὰ χειρωσαμένους ἔθνη. τῆς μὲν ἔν παραλίπωμεν. τὰ δὲ γνώριμα πᾶσιν Ἀπίων ἠγνόηκεν. ὅτι Περσῶν καὶ μετ' ἐκείνης ἡγεμένων, τῆς Ἀσίας Μακεδόνων, Αἰγύπτιοι μὲν ἐδῆλυσον ἀνδραπόδων ἑδὲν διαφέροντες. ἡμεῖς δὲ ὄντες ἐλευθῆροι προσέτι καὶ τῶν πέριξ πόλεων ἤρχομεν, ἔτη σχεδὸν εἰκοσὶ πρ καὶ ἑκατὸν, μέχρι Μάγνης Πομπηΐας. καὶ πάντων ἐκπολεμηθέντων πρὸς Ῥωμαίων τῶν πανταχῶ βασιλέων, μόνοι διὰ πίσειν οἱ παρ' ἡμῖν σύμμαχοι καὶ φίλοι διεφύλάχθησαν.

β'. „Ἀλλὰ θαυμαστὰς ἄνδρας ἔπαρεσχέκαμεν, οἷον „τεχνῶν τινων εὐρετάς, ἢ σοφία διαφέροντας.” καὶ καταριθμῆι Σωκράτην, καὶ Ζήνωνα, καὶ Κλεάνθην, καὶ τοιούτους τινάς. εἴτα τὸ θαυμασιώτατον τῶν εἰρημένων αὐτὸς ἑαυτὸν προσέθησι, καὶ μακαρίζει τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὅτι τοιούτον ἔχει πολίτην. ἔδει γὰρ αὐτῷ μάρτυρος ἑαυτῷ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἅπασιν ὀχλαγωγὸς ἐδόκει πονηρὸς εἶναι, καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ διεφθαρμένος· ὥς εἰκότως ἐλθέσαι τις ἂν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, εἶπερ ἐπὶ τῷ μεγάλῳ ἐφρόνει. περὶ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀνδρῶν γεγυότων, ἑδενὸς ἦττον

modo, sed frequenter vrbes eorum vastantes, sacra euer-
tentes, et quos Deos esse crediderunt interficientes, illis
exprobrare non studeo. Haud enim conuenit, vt nos
indoctam Apionis stultitiam imitaremur, qui neque de
casibus Atheniensium neque Lacedaemoniorum cogitauit;
quorum hos quidem fortissimos, illos vero Graecorum re-
ligiosissimos esse omnes affirmant. Taceo reges ob pie-
tatem omnium sermone celebratos, interque eos Croesium,
in quas vitae calamitates incidit. Taceo incensam Athe-
niensium arcem, templum Ephesium et Delphicum,
aliaque multa, quibus nemo calamitatem passus, sed potius
inferentibus casus exprobrauit. Nouus autem nostro-
rum accusator inuentus est Apion, malorum iuorum,
quae in Aegypto ei acciderant, prorsus oblitus. Sed Se-
sostris illum excoecauit, Aegypti rex, cuius res fabulis
sunt adspersae. Non est autem, vt reges nostros nos
memoremus, Dauidem et Solomonem, qui multas sube-
gerunt gentes. Et hos quidem missos faciamus. Quae
vero cunctis nota sunt, ignorauit Apion; quod Persis, et
post illos Asiae dominantibus Macedonibus, Aegyptii qui-
dem iis seruiebant, a mancipiis nihil differentes. Nos
autem liberi existentes etiam ciuitatum finitimarum domi-
natum et principatum tenuimus, annis centum et viginti
vsque ad Pompeium magnum. Et cum omnes a Roma-
nis rerum vbique dominis expugnati fuissent, soli maiores
nostri propter fidem suam socii et amici conseruati sunt.

12. „Sed viros admirabiles non tulimus, veluti ar-
„tium quarundam inuectores, aut sapientia praecellen-
„tes.” Atque inter hos enumerat Socratem, et Zeno-
nem, et Cleanthem, aliosque huiusmodi. Deinde,
quod ex dictis maxime mirandum, illis semetipsum ad-
iicit; et Alexandriam beatam praedicat, quae ciuem ha-
buerit tali ingenio praeditum. Oportebat enim ipsum
de se testimonium dare. Nam aliis quidem circulator
esse videbatur improbus, et vita et sermone prauus: ad-
eo vt merito quis Alexandriam miseretur, si super isto
sefe efferat. De viris autem, qui fuerunt apud nos, non

ἐπαίνεσιν τυγχάνειν ἀξίων, ἴσασιν οἱ ταῖς ἡμετέραις ἀρχαιο-
λογίαις ἐντυγχάνοντες.

γύ. Τὰ δὲ λοιπὰ τῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ γεγραμμέ-
νων ἀξίον ἦν ἴσως ἀναπολόγητα παραλιπεῖν, ἵν' αὐτὸς
αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων ἢ ὁ κατηγορῶν. ἐγκαλεῖ
γάρ, ὅτι ζῶα θύομεν, καὶ χοίρον ἐκ ἐδίομεν, καὶ τὴν
τῶν αἰδοίων χλευάζει περιτομήν. τὸ μὲν ἐν περὶ τῆς τῶν
ἡμέρων ζώων ἀναιρέσεως, κοινόν ἐστι καὶ πρὸς τὰς ἄλλας
ἀνθρώπων ἅπαντας. Ἀπίων δὲ τοῖς θύουσιν ἐγκαλῶν, αἰ-
τὸν ἐξήλεγξεν ὄντα τὸ γένος Αἰγύπτιον. ὃ γὰρ ἂν Ἕλλη-
ν ὢν ἢ Μακεδὼν ἐχάλεπαινε. ἔτοι γὰρ εὐχονται θύειν ἐκα-
τόμβας τοῖς θεοῖς, καὶ χερῶνται τοῖς ἱερεῖοις πρὸς εὐωχίαν.
καὶ ὃ διὰ τῆτο συμβέβηκεν ἐρημῶσθαι τὸν κόσμον τῶν
βοσκημάτων, ὅπερ Ἀπίων ἔδειξεν. εἰ μόντοι τοῖς Αἰγυπτίων
ἔθουσιν ἠκολέθην ἅπαντες, ἠερίμωτο μὲν ἂν ὁ κόσμος τῶν
ἀνθρώπων· τῶν ἀγριωτάτων δὲ θηρίων ἐπληθύνθη, ἃ
θεὸς ἔτοι νομίζοντες ἐπιμελῶς ἐκτρέφουσι. καὶ μὴν εἴ τις
αὐτὸν ἤρετο, τῶν πάντων Αἰγυπτίων τίνας εἶναι καὶ σοφω-
τάτης καὶ θεοσεβεῖς νομίζει, πάντως ἂν ὁμολόγησε τὰς
ἱερεῖς. δύο γὰρ αὐτὰς φασὶν ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐξ ἀρχῆς
ταῦτα προσετάχθαι, τὴν τε τῶν θεῶν θεραπείαν, καὶ τῆς
σοφίας τὴν ἐπιμέλειαν. ἐκεῖνοι τοίνυν ἅπαντες καὶ περι-
τέμνονται, καὶ χοιρίων ἀπέχονται βρωμάτων. ὃ μὴν ἔδδ
τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων ἔδδ εἰς συνθύει τοῖς θεοῖς. ἀρ' ἐν
τυφλὸς ἦν τὸν νῦν Ἀπίων ὑπὲρ Αἰγυπτίων ἡμᾶς λοιδορεῖν
συνθέμενος, ἐκείνων δὲ κατηγορῶν, οἳ γε μὴ μόνον χερῶν-
ται τοῖς ὑπὸ τέττε λοιδορημένοις ἔθουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλ-
λας ἐδίδαξαν περιτέμνεσθαι, καθάπερ εἴρηκεν Ἡρόδοτος,
ἔθεν εἰκότως μοι δοκεῖ τῆς εἰς τὰς πατέρας αὐτῷ νόμους
βλασφημίας δῆναί δίκην Ἀπίων τὴν πρέπυσαν. περιστμή-
θη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἐλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γε-
νομένης· καὶ μηδὲν ὠφελήθεις ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ
σηπόμενος ἐν δειναῖς ὀδύναῖς ἀπέθανεν. δεῖ γὰρ τὰς εὐ-
φρονῶντας τοῖς μὲν οἰκείοις νόμοις περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκρι-

minus, quam alii quicunque laude digni, probe sciunt, qui in nostris versati sunt Originum libris.

13. Reliqua autem eorum, quae complectitur accusatio, mereantur forsan, ut praeteream tanquam responso indigna, ita ut ipse sui et aliorum Ægyptiorum accusator habeatur. Nam vitio nobis vertit, quod animalia pro victimis mactemus, et non vescamur carne suilla; et pudendorum circumcisionem irridet. Sane quod attinet ad mansuetorum animalium mactationem, id nobis cum aliis hominibus vniuersis commune est. Apion autem, nos sacra facientes redarguens, indicat, semetipsum genere esse Ægyptium. Non enim, si Graecus fuisset aut Macedo, hoc aegre tulisset. Isti enim vouent Hecatombas diis sacrificare, et victimas epulis apponunt. et non idcirco contigit mundum in penuria esse pecorum, quod veritus est Apion. Veruntamen si Ægyptiorum moribus omnes semet addicerent, mundus destitutus quidem esset ab hominibus, ferocissimis autem bestiis abundaret, quas pro diis isti habentes cum cura studioque nutriunt. Quod si quis eum interrogaret, quos putaret omnium Ægyptiorum esse sapientissimos et maxime religiosos, illos procul dubio sacerdotes esse agnosceret. Haec enim duo dicunt sibi met ab initio a regibus esse praecepta, ut deos colant et sapientiam diligant: illi igitur et circumciduntur omnes, et a porcinis abstinent carnibus. Sed neque vltus alter Ægyptiorum cum eis sacra diis facere dignoscitur. Mentem igitur occaecatam habuit Apion, qui Ægyptiorum gratia nos data opera conuiciis infectatur, illosque accusat, qui non solum utuntur iisdem, quos in nobis reprehendit, moribus, sed etiam alios circumcidi docent, sicuti dixit Herodotus. Vnde iure mihi videtur Apion ob maledicta in patriae suae leges poenas dedisse, quas commeruit. Nam ex necessitate circumcissus erat, utpote vlceratus circa pudenda: et cum nihil ei profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus exspirauit. Oportet enim bene ac sapienter institutos legibus propriis circa pietatem adhaerere, et aliorum mi-

ρῶς ἐμμένειν, τὰς δὲ τῶν ἄλλων μὴ λοιδορεῖν. ὁ δὲ τῆς
μὲν ἔφυγε, τῶν ἡμετέρων δὲ κατεψεύσατο. τῆτο μὲν Ἀπίωνι
τῆ βίβη τὸ τέλος ἐγένετο, καὶ τῆτο παρ' ἡμῶν ἐνταῦθα τὸ
πέρας ἔσω τῆ λόγῃ.

ιδ'. Επειδὴ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, καὶ Λυσίμα-
χος, καὶ τινες ἄλλοι τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κα-
τὰ δυσμένειαν, περὶ τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωϋσέως,
καὶ περὶ τῶν νόμων πεποιήνται λόγους, ἥτε δικαίους, ἥτε
ἀληθεῖς, τὸν μὲν ὡς γόητα καὶ ἀπατεῶνα διαβάλλοντες,
τὰς νόμους δὲ κακίας ἡμῖν καὶ ὑδεμιάς ἀρετῆς φάσκοντες
εἶναι διδασκάλους, βέλομαι συντόμως καὶ περὶ τῆς ὅλης
ἡμῶν καταστάσεως τῆ πολιτεύματος, καὶ περὶ τῶν κατὰ
μέρος, ὡς ἂν ὦ δυνατός, εἰπεῖν. οἶμαι γὰρ ἔσεσθαι Φανε-
ρόν, ὅτι καὶ πρὸς εὐσέβειαν, καὶ πρὸς κοινωσίαν τὴν μετ'
ἀλλήλων, καὶ πρὸς τὴν καθόλου Φιλανθρωπίαν, ἔτι δὲ
πρὸς δικαιοσύνην καὶ τὴν ἐν τοῖς νόμοις καρτερίαν, καὶ θα-
νάτῃ περιφρόνησιν ἄριστα κειμένους ἔχομεν τὰς νόμους. παρὰ
καλῶ δὲ τὰς ἐντετυχόμενας τῇ γραφῇ, μὴ μετὰ φθόνῳ
ποιεῖσθαι τὴν ἀνάγνωσιν. ἡ γὰρ ἐγκώμιον ἡμῶν αὐτῶν
προειλόμην συγγράφειν, ἀλλὰ πολλὰ καὶ ψευδῇ κατη-
γορημένοις ἡμῖν ταύτην ἀπολογίαν δικαιτάτην εἶναι νομί-
ζω, τὴν ἀπὸ τῶν νόμων, καθ' ὧς ζῶντες διατελῶμεν. ἄλ-
λως τε καὶ τὴν κατηγορίαν ὁ Ἀπολλώνιος ἐκ μῆτρος,
ὥσπερ ὁ Ἀπίων, ἔταξεν, ἀλλὰ σποράδην καὶ διὰ πάσης
τῆς συγγραφῆς. ποτὲ μὲν ὡς ἀθέτους καὶ μισανθρώπους λοι-
δορεῖ, ποτὲ δ' αὖ δειλίαν ἡμῶν ὀνειδίζει· καὶ τῆμπαλιν
ἔστιν ὅπῃ τόλμην κατηγορεῖ καὶ ἀπόνειαν. λέγει δὲ καὶ
ἀφυστάτης εἶναι τῶν βαρβάρων· καὶ διὰ τῆτο μηδὲν εἰς
τὸν βίον εὖρημα συμβεβληῖσθαι μόνους. ταῦτα δὲ πάντα
διελεγχθήσεσθαι νομίζω σαφῶς, εἰ τὰναντία τῶν εἰρημένων
Φανείη, διὰ τῶν νόμων ἡμῖν προσηταγμένα, καὶ κραττό-
μενα μετὰ πάσης ἀκριβείας ὑφ' ἡμῶν, εἰ δ' ἄρα βιασθέντες
μνησθῆναι τῶν παρ' ἑτέροις ὑπεναντίως νενομισμένων, τῆτε
δίκαιοι τὴν αἰτίαν ἔχουσιν εἶσιν, οἱ τὰ παρ' ἡμῖν ὡς χεῖρῳ πα-

anime carpere. At iste suas quidem deseruit, de nostris vero mentitus est. Atque ita quidem vitam finivit Apion, et hic etiam de eo nobis finem dicendi facere par sit.

14. Quoniam vero et Apollonius Molonis, et Lyfimachus, et alii quidem nonnulli, partim quidem per ignorantiam, maxima vero ex parte per malevolentiam, de legislatore nostro Moyse et legibus eius verba fecerunt, nec iusta, nec vera, hunc quidem, ut praefligiatorem et deceptorem, calumniantes, leges autem malitiae apud nos, nulliusque virtutis magistras esse affirmantes, volo breuiter et de omni reip. nostrae constitutione, et de qualibet re singillatim (sicuti poterò) sermonem proferre. Puto enim euidens fore, quod ad pietatem et societatem inter homines seruandam, et ad omnia humanitatis officia tuenda, praetereaue ad iustitiam, et tolerantiam laborum, mortisque contemptum, optime factas habeamus leges. Rogo tamen eos, qui in ista inciderint, ut non cum inuidia lectionem adhibeant. Non enim proposui nosmetipsos laudibus prosequi; sed defensionem esse iustissimam puto, ductam a legibus, iuxta quas adhuc viuimus, aduersus eos, qui multa nobis eaque falsa obiecerunt. praesertim cum Apollonius accusationem non continue, sicut Apion, instituit, sed sparsim et hinc inde per totam orationem. quippe qui aliquando quidem nobis tanquam atheis et hominum osoribus conuiciatur, aliquando vero iterum formidinem nobis exprobrat: et e diuerso rursus aliquando temerariae audaciae et amentiae nos insimulat. Quin et nos e barbaris maxime omnium ineptos esse dicit: et propterea nos solos nihil ad vitae emolumentum vtile contulisse. Haec autem omnia manifeste redargui posse existimo, si vniuersa contra, quam ab eo sunt dicta, appareant et legibus imperata, et a nobis accurate admodum obseruata. Si vero coactus fuero mentionem facere legum contrariarum apud alios constitutarum, ob hoc merito culpandi sunt, quibus in animo est nostra, ut peiora, cum iis conferre,

ραβάλλειν ἀξιῶντες. οἷς ὑδέτερον ἀπολεσθῆναι νομίζω λέγειν, ἢ ὅς ἔτι τάς ἐχόμεν τὰς νόμους, ὧν ἐγὼ παραθήσομαι τὰς κεφαλαιώδεις, ἢ ὅς ἔτι μάλιστα πάντων ἐμμένονεν τοῖς ἑαυτῶν νόμοις.

